B I B L I O T H E C A
SCRIPTORVM GRAECORVM ET ROMANORVM
T E V B N E R I A N A

BT 2039

PHAEDRVS

FABVLAE AESOPIAE

RECENSVIT ET ADNOTAVIT
GIOVANNI ZAGO

DE GRUYTER

ISBN 978-3-11-031632-2
e-ISBN (PDF) 978-3-11-041054-9
ISSN 1864-399X

Library of Congress Control Number: 2020940469

Bibliographic information published by the Deutsche Nationalbibliothek
The Deutsche Nationalbibliothek lists this publication in the Deutsche Nationalbibliografie; detailed bibliographic data are available on the Internet at http://dnb.dnb.de.

Printing: CPI books GmbH, Leck

www.degruyter.com

HOC VOLVMINE CONTINENTVR

Praefatio VII
I De Phaedri fabulis Aesopiis VII
II De codicibus **R** et **δ** XII
III De codicibus **N M λ** XIX
IV De paraphrasi **T** XXVI
V De Phaedro soluto (**Ph**) XXXVI
VI De exemplari **α** XXXVII
VII De codice **ν** XXXVIII
VIII De archetypo XXXVIII
IX De ordine fabularum XXXIX
X De re metrica in Phaedri senariis XLII
XI De praecipuis textus editionibus et criticis commentationibus XLIII
XII De hac editione LI
XIII De ratione in rebus orthographicis adhibita LX
Gratiarum actio LXIV
Index philologorum quot in praefatione et apparatibus laudantur LXV
Conspectus siglorum LXXXIV

Liber primus 1
Liber secundus 40
⟨Liber tertius⟩ 56
Liber quartus 92
⟨Liber quintus⟩ 105
Appendix Perottina 149

Index orthographicus 193
Index nominum 199
Comparatio numerorum 201

PRAEFATIO

I
DE PHAEDRI FABVLIS AESOPIIS

De Phaedri uita nihil notum est praeter ea quae discimus ex eius carminibus, unde haec depromuntur[1]: Phaedrus (siue Phaeder)[2] natus est in Pieria[3], incerto quo anno, et in pueritia, quam uidetur egisse Augusto imperitante[4], litteris Latinis institutus est[5] siue Romae siue alibi. Cum duos Aesopiarum fabularum libros emisisset, propter unum aut plures λόγους in calamitatem incidit adhuc

Nomina barbara fere omnium uirorum doctorum in hac Praefatione et in apparatibus quibus Phaedri fabularum textum instruxi laudatorum numquam Latine flexi nisi ubi necessarium ad perspicuitatem sententiae. Consuetudini tamen obtemperans scripsi semper ‘Barthium’, ‘Fabrum’, ‘Graevium’, ‘Gronovium’, ‘Grotium’, ‘Heinsium’, ‘Meursium’, ‘Perizonium’, ‘Salmasium’ nec usquam ‘von Barth’, ‘Le Fèvre’, ‘Graeve’, ‘Gronow’, ‘van Groot’, ‘Heins’, ‘van Meurs’, ‘Voorbroek’, ‘Saumaise’. Virorum doctorum opera, quae in Indice philologorum plenius laudata inuenies, hic et in apparatibus citantur compendiose (hoc exempli gratia sufficiet: ‘Burman 1698’ significat modo idem quod ‘Burmannus in Phaedri editione anno 1698 publici iuris facta’, interdum idem quod ‘editio Phaedri Burmanniana typis expressa anno 1698’).

1 Vtrum ueridicus Phaedrus fuerit an mendax cum ex persona sua loqueretur scire minime possumus.
2 Poetae nostri cognomen (Φαῖδρος) legitur apud ipsum (3 prol. 1) et apud Martialem (3, 20, 5) genetiuo casu; quod cognomen Gudius et Havetus putauerunt in nominandi casu *Phaedrus* male scribi, cum ex illorum sententia noster rectius *Phaeder* appellandus esset (cf. Burman 1698, praef.; Havet 1895, 259). Haud infitior apparere ex inscriptionibus (cf. Solin 2003, I, xxxi sq.; II, 831 sq.; III, 1460) *Phaeder* usitatius fuisse in uita communi quam *Phaedrus*; atqui nominatiuus *Phaedrus* legitur in titulis trium Phaedri ipsius fabularum (3 prol.; 5, 7; 5, 21) et in epistula ad Theodosium quam Auianus suis fabulis praemisit; quam ob rem formam *Phaedrus* dubitanter praetuli.
3 Cf. 3 prol. 17.
4 Cf. 3, 10, 8; 39 sqq.
5 Cf. 3 epil. 33 sqq.

uiuente Seiano[6], id est ante annum p. C. n. 31. Inscriptiones et subscriptiones singulis libris adiectae indicant Phaedrum Augusti libertum fuisse; quod an uerum sit haud certum, nam in fabulis quae supersunt nusquam noster se libertum esse fatetur; etiam uiri quibus poeta inscripsit libros III, IV, V, Eutychum dico, Particulonem, Philetum, liberti fuisse uidentur. Phaedrus ait se librum tertium conscripsisse languentis aeui dum sunt aliquae reliquiae[7]; librum quintum admodum senex composuit[8]. An Phaedrus aetate prouectus libros duos priores retractauerit nescimus, sed uix improbabile est: puto enim Phaedrum narratiunculam de mustela et homine (1, 22) scripsisse postquam Senecae de beneficiis libros atque epistulas morales legisset[9]. Hoc si uerum est, Phaedrus obiit exacta aetate sub Nerone uel Vespasiano.

6 Cf. 3 prol. 38 sqq., unde concluditur Phaedrum propter *quaedam* quae ante tertium librum editum scripserat damnatum esse Seiano et *accusatore* et *teste* et *iudice* (cf. La Penna 1968, XII sq.: “alcune favole dei libri precedenti, cioè del I e/o del II, sono state interpretate da Seiano e dai suoi seguaci come satire o attacchi contro di loro. Seiano per vendicarsi ha fatto processare Fedro, non sappiamo sotto quale accusa; il processo è stato … una farsa: l’onnipotente ministro di Tiberio si serve dei suoi scherani come prestanome, ma in realtà è lui che fa tutto il processo: lui è l’accusatore, lui il testimone, lui il giudice. Evidentemente Fedro è stato condannato: la farsa è stata per lui una tragedia”). In Phaedri fabularum libris duobus prioribus haud dubie erant quae flecti possent in Seianum, ut puta quae de ranis regem petentibus (1, 2) uel de graculo superbiente (1, 3) siue de sole uxorem ducturo (1, 6) Phaedrus prompserat (cf. Müller 1877, VII).

7 3 epil. 15.

8 5, 30; cf. La Penna 1968, XVI.

9 Vide quae adnotabo ad 1, 22, 1–9. Etiam Phaedri fabula de cane et agno (3, 15) pendere uidetur e Senecae de beneficiis libris (cf. enim Sen. ben. 3, 29–31).

Phaedrus quinque libros[10] fabularum Aesopiarum[11] scripsit, e quibus nonnullas (quot sciri nequit) intercidisse patet ex ipsius poetae testimonio, quippe qui dicat 1 prol. 6 se induxisse arbores loquentes, cuius nunc quidem rei nec uola nec uestigium exstat (uide etiam infra, p. LIII).

E ueteribus nemo, praeter Martialem et Auianum, Phaedrum nominat[12]. Seneca aut Phaedrum non nouit aut eius fabellas memoria dignas non agnouit[13]. Phaedri tamen fabulae uidentur iam Quintiliani tempore pueris esse lectitatae[14]. Ante editionem principem[15] foras prolatam hi scriptores Phaedrum legisse atque imitati esse uidentur[16]: Martialis[17], auctor Octauiae praetextae[18], Tacitus[19], Tertullianus[20], Nemesianus[21], Ausonius[22], Paulinus Nolanus[23], Prudentius[24], Auianus[25], auctor Alcestis Barcinonensis[26], auctor Queroli

10 Quinque fabularum libros Phaedrum scripsisse testatur Auianus in epistula ad Theodosium (de qua uide supra, adn. 2). Procul dubio etiam in **φ**, archetypo Phaedri codicum qui hucusque innotuerunt, nostri poetae carmina legebantur in quinque libros diuisa (uide quae infra, § IX, disputabo de ordine fabularum).

11 Cf. 4 prol. 10 sq. *fabulis / quas Aesopias ... nomino*. In codice **D** inscriptio libri primi sic habet, PHEDI AVG(VSTI) LIBER I AESOPHIARV(M) INCIP(IT) FELICITER (procul dubio FABVLARVM excidit).

12 Cf. supra, adn. 2.

13 Sen. Pol. 8, 3; cf. La Penna 1968, VII.

14 Cf. Quint. inst. 1, 9, 2; uide Postgate 1919, 23.

15 Pithou 1596.

16 Non laudo scriptores fabularum qui non quidem ex ipso Phaedro sed ex paraphrasi **T** (de qua infra dicetur) hauserunt.

17 Cf. ad 3 prol. 38; 3, 11, 3; 3, 18, 8; 4 epil. 5; 5, 2, 19; 5, 15; 5, 18.

18 Cf. ad 3 prol. 1–3; app. 10.

19 Cf. ad 4, 2, 3–6.

20 Cf. ad 4, 2, 12.

21 Cf. ad 5, 15, 8–9.

22 Cf. ad 1 prol.; 1, 13, 13 sq.; 5, 28.

23 Cf. ad app. 23, 5–6.

24 Cf. ad 5, 6, 9–10.

25 Cf. ad 1, 5, 1; 1, 11, 2; 3, 18; 4, 3, 11–13; app. 3, 9–10; app. 10.

26 Cf. ad app. 14, 18.

siue Aululariae[27], Alexander Nequam[28], Gualterius Anglicus[29], Laurentius Abstemius[30], Ludouicus Areostus[31], Leo Baptista Alberti[32], Nicolaus Machiavelli[33]. Vtrum Iuuenalis Phaedrum legerit necne certum sciri nequit[34].

Codices quibus Phaedri fabularum Aesopiarum textus nititur hi sunt:

P codex Pithoeanus (New York, Pierpont Morgan Library, M. 906, ff. 33–87), saec. IX$^{3/4-4/4}$ conscriptus, membranaceus[35]. Ff. 33–71, pluribus manibus exaratis, continentur Phaedri fabulae in quattuor libros diuisae[36] (desunt subscriptiones librorum primi, secundi, quarti et inscriptio tertii; libri secundi inscriptio mendosa est); uersus haud legitime distincti sunt: librarii enim eos exarauerunt scriptura continua[37]. Hunc codicem uulgo uocant Pithoeanum quia olim fuit Petri Pithou, qui primus edidit Phaedri fabulas[38]. Contuli ope lucis depictum.

R codex Remensis, saec. IX$^{2/4}$ conscriptus, anno 1774 combustus. **R** easdem fabulas eodem ordine complectebatur ac **P**; exhibebat tamen libri quinti subscriptionem, qua **P** caret (eiusdem libri inscriptionem, quae in **P** deest, ne **R** quidem seruabat; a **R** aberant etiam subscriptiones librorum primi, secundi, quarti et inscriptio tertii, quae in **P** quoque desiderantur). Sicut **P** ita **R** uersus continua exaratos scriptura praebebat nec specie

27 Cf. ad 1, 5, 11.
28 Cf. ad 1, 3, 9; 1, 9; app. 3; app. 26, 9. De Alexandro uide etiam infra, adnn. 174 et 185.
29 Cf. ad 1, 4, 2; 1, 26; 5, 23, 4; app. 13. De Gualterio uide, quaeso, etiam infra, adnn. 84 et 185.
30 Cf. ad 1, 9; 1, 15; 1, 28, 3–4; 1, 31, 13; 2, 4; 3, 18; 4, 5; 4, 6; app. 3. De Abstemio uide, sis, etiam quae § III disseram.
31 Cf. ad 1, 15.
32 Cf. ad 1, 31, 10–12; 5, 12, 3–4.
33 Cf. ad 2 epil. 7–8.
34 Cf. ad app. 19, 1.
35 De codice **P** cf. Boldrini 1990, 5 sqq.; Bischoff 1998–2017, II, 319.
36 Exemplar autem unde **P** manauit (= **δ**) Phaedri carmina praebebat in quinque libros diuisa: uide infra, § IX.
37 Vide, sis, infra, § II, p. XVIII.
38 De editione Pithoeana, anno 1596 excusa, infra, § XI, fusius disputabo.

differentes ab oratione soluta. De hoc codice deperdito infra, § II, uberrime disseram.

D codex Reginensis Latinus 1616, qui in bibliotheca Vaticana asseruatur. Ff. 17r–18r, saec. IX$^{2/3}$ exaratis, continentur octo fabulae libri primi (11, 12, 13, 17, 18, 19, 20, 21). Hoc fragmentum Reginense uersus religiose distinctos exhibet; uulgo nuncupatur "uetus Danielis chartula", quia olim fuit Petri Daniel[39]. Romae contuli.

N codex Neapolitanus siue Perottinus (Napoli, Biblioteca Nazionale, IV F 58), testis unicus Nicolai Perotti 'Epitomes fabellarum Aesopi Auieni et Phaedri', chartaceus, post a. 1474, ut uidetur, exaratus. Codex autographus est. Praeeuntibus epistula ad Titum Mannum Veltrium Viterbensem, fabellarum indice, prologo ad Pyrrhum Perottum (Nicolai nepotem), ubi multa ex Phaedro hausta inueniuntur, in **N** leguntur 66 (immo 63) Phaedri carmina, intermixta haud paucis poematis Auiani et Perotti ipsius. Versus legitime distincti sunt. De hoc codice, ita madore affecto ut permultis locis legi nequeat, infra, § III, accuratius dicam[40]. Neapoli contuli[41].

M codex Vaticanus Latinus 5190, chartaceus. Ff. 111r–125r, saec. XV^{2} duabus manibus exaratis, continentur 22 Phaedri fabulae, quae carminibus aliquot Auiani interponuntur. Versus religiose distincti sunt. Altera manus, prioris fere aequalis, f. 125r addidit Phaedr. 3, 9 et 3, 10, 1–16. In hoc uersu (3, 10, 16 dico), quo clauditur pagina, desinit **M**. Hunc codicem, de quo postea, § III, fusius dicetur[42], primus adhibui in Phaedri textu recognoscendo.

Ipsarum fabularum exemplaribus manu scriptis accedunt duae paraphrases, **T** et **Ph**, de quibus infra, §§ IV–VIII; XII, disputabo.

39 De uetere Danielis chartula cf. Boldrini 1990, 29 sqq.; Bischoff 1998–2017, III, 441.

40 Cf. etiam Boldrini 1988, 29 sqq.; Zago 2015, 54 adn. 4.

41 Imago quoque phototypica codicis **N** mihi praesto est.

42 Vide etiam Gilles-Raynal et all. 2010, 504 sq.; Zago 2015, ubi publici iuris feci integram collationem huius Phaedri fabularum libri manu scripti.

II
DE CODICIBVS **R** ET **δ**

Codex **R**, qui olim fuit in bibliotheca abbatiae Sancti Remigii Remensis, anno 1774 flammis absumptus est[43]. In eo Phaedri fabulae priore loco ligatae erant, altero Querolus siue Aulularia[44]. E scripturae speciminibus quae anno 1769 Jacobus Claudius Vincent e sacra Benedictorum familia, tunc fungens bibliothecarii munere abbatiae Sancti Remigii, Stephano Lauréalt de Foncemagne misit[45] colligere licet codicem (haud dubie membranaceum) una manu[46] saec. IX$^{2/4}$ exaratum esse[47].

Codicis **R** textus cognoscitur per haec testimonia:

R^{R} testimonia Nicolai Rigaltii (Nicolas Rigault) in editionibus annorum 1617 et 1630[48]. Acceperat Rigaltius lectiones ex **R** excerptas a Jacobo Sirmond Iesuita.

R^{s} lectiones quas idem Sirmondus ex **R** deprompsit et in unum folium chartaceum congessit, nonnullis coniecturis interiectis; cuius folii in possessionem Rigaltius uidetur uenisse[49]. Id nunc asseruat Bibliotheca nationalis Parisiensis (Baluze 141, f. 211r–u); detexit, edidit, in tabula repraesentauit Omontus

43 Cf. Berger de Xivrey 1830, 21; Hervieux 1893, 72.

44 Cf. Berger de Xivrey 1830, 76 sq.; 81 sqq.; Hervieux 1893, 71 sqq.; Reeve 1976, 22.

45 Huius uiri docti in usum tres Phaedri locos (1 prol.; 1, 16, 1 sq.; 1, 30, 3–5) et duos Queroli Vincentius ex **R** transcripserat in chartam pellucidam. Codicis **R** scripturae specimina tria a Vincentio e Phaedro deprompta repraesentauerunt Panckoucke 1834 in tabula extra textum et Hervieux 1894 p. 83; ea phototypice expressa praebuit Boldrini 1990 in tab. VI, 2 (cf. etiam Boldrini 1990, 23 adn. 114); specimina duo e Querolo desumpta publicauit lucis ope depicta Premerstein 1897 p. 263. Étienne Lauréalt de Foncemagne erat 'attaché aux manuscrits de la bibliothèque du roi' (cf. Premerstein 1897, 259).

46 Cf. Premerstein 1897, 262.

47 Cf. Bischoff apud Boldrini 1990, 24 ("ca. 830–850"). Teste Vincentio (cf. Berger de Xivrey 1830, 89), **R** erat "un in-8° allongé".

48 De quibus editionibus uberius infra, § XI, agetur.

49 Verba enim *Iac. Sirmond. ex uet. cod. biblioth. Remensis*, quae in summa columna altera folii recti leguntur, iudice Omonto (1911, 742 adn. 2) exarata sunt Rigaltii manu.

1911; contuli imaginibus phototypicis usus et primus adhibui in Phaedro edendo. Putauit Omontus, Boldrini assentiente[50], folio de quo agimus contineri Sirmondi collationem qua Rigaltius usus est. Desunt tamen in spicilegio quod $\mathbf{R}^{s}$ nuncupo lectiones aliquot codicis **R** quas Sirmondus cum Rigaltio communicauit, ut puta *fauce* (Phaedr. 1, 1, 3; uide infra, adn. 64). De multis uero lectionibus quas ex **R** in folium quod Parisiis asseruatur Sirmondus transcripsit nulla mentio fit in editionibus Rigaltianis.

$\mathbf{R}^{g}$ lectiones quas διαρρήδην codici **R** tribuit Marquardus Gude (mortuus a. 1689) in adnotationibus ad Phaedrum publicatis in Petri Burmanni editione Phaedri fabularum typis expressa anno 1698. Harum animaduersionum Gudianarum autographa perierunt et Burmannus in iis edendis multa uidetur sustulisse, multa mutasse[51]. Gudius codicem **R** excussit ante oct. 1661[52], cf. enim epistulam quam Johannes Scheffer ad N. Heinsium scripsit a. d. 29 oct. 1661: "unum peto, ut cum jam in manus sumserim denuo Phaedrum, si quae habes ad eum, ut te habere scio, mittere haud graueris, simul atque procurare mihi lectiones uarias ex codice Remensi, quarum compotem te posse fieri nuper putabas"; in epistula a. d. 15 nou. 1661 exarata Heinsius ita respondit: "codicem Phaedri Rhemensem qui consultum a se ac excussum fuisse mihi uere praeterito per literas significabat, est Marquardus Gudius ... Is tum in

50 Omont 1911, 741; 742 adn. 2; Boldrini 1990, 22.

51 Hoc colligitur ex Burmanni praefatione, quae paginarum numeris caret: "Gudii ... cogitationes ..., saepe eaedem aliis uerbis, saepe diuersae et contrariae, maxime incertum animum diuidebant, quid potissimum sequerer".

52 Anno 1660 Samuel Sciassius manu exaratorum librorum causa, Gudio duce, Lutetia Parisiorum ad monasterium S. Remigii Remense profectus est et ibi Querolum totum ex **R** religiose transcripsit in codicem qui olim Guelferbyti exstabat inter Gudii libros (Gud. Lat. 319), hodie siglo "Scrin. 185" insignitus in bibliotheca Hamburgensi asseruatur (cf. Reeve 1976). Quantum ad Querolum pertinet, "so far as it was possible before the days of photography for a manuscript to perish and still survive, the Remensis survived" (Reeve 1976, 22). Vtinam Sciassius Phaedrum quoque transcripsisset!

procinctu erat, Italos aditurus, perlustrata jam Gallia, quod iter breue admodum, et uix annuum fore perscribebat[53]. Vbi is locorum nunc haereat prorsus ignoro ... In Belgium redisse hominem ubi intellexero, non desinam illi obstrepere, donec copiam tibi faciat eorum, quae ex codice Rhemensi ad Phaedrum annotauit"[54].

R? lectiones quae in Gudii adnotationibus a Burmanno 1698 uulgatis notantur compendio "MS". Quae lectiones a Gudio haustae esse possunt aut ex **R** aut ex **P**. Nam Gudius uel **P** αὐτοψεὶ contulerat uel certe alius uiri collationem nactus erat. Codici enim Pithoeano rectissime tribuit lectionem *auribus* (3, 18, 3), quam ante ipsum nemo publici iuris fecerat[55].

53 "Gudius and his Dutch patron Sciassius spent 1660–4 in France and Italy travelling and collating manuscripts and inscriptions" (Reeve 1976, 23). De Sciassio uide, quaeso, adn. praecedentem.

54 Vtraque epistula publici iuris facta est a Burmanno (Burman 1727a, V, 6 sq.). Varietates lectionis ex **R** a Gudio enotatae Scheffero, de cuius editionibus Phaedri fabularum infra, § XI, breuiter disseram, numquam transmissae sunt; an eas Gudius cum Heinsio communicauerit nescimus.

55 En uerba Gudii: "MSS. Remens. et Pithoean. *auribus*, quod miror Pithoeum neglexisse, est enim antiqua et elegans lectio, prae qua sordet et nauci est uulgata *auibus*". *auibus* hoc uersu Pithoeus suo Marte reposuerat (quae coniectura **N** et **M** firmata est), lectione *auribus* silentio praetermissa. Post Pithoeum et ante Gudium codicem **P** euoluerunt Rigaltius (cf. quae infra, § XI, de praecipuis Phaedri editionibus disputabo) et Jacobus Bongars (mortuus a. 1612), qui, teste Orellio, exemplar suum editionis Phaedri Pithoeanae a capite ad calcem cum ipso codice **P** comparauit, cuius uarietati suas coniecturas inseruit (cf. Orelli 1831, 25). Pithoeanae editionis exemplar cui Bongarsius collationem adiecit exstat in bibliotheca Bernensi ("MUE Bong VI 182 : 4"; non uidi); quam collationem, quantum scio, nemo praeter Orellium adhibuit in Phaedri textu constituendo. In suis Phaedri editionibus Rigaltius *auibus* in textum recepit nec quicquam adnotauit; uide tamen exemplum editionis Rigaltianae anni 1599 quod Parisiis in bibliotheca nationali reperitur, signatum "Yc 9733"; cuius exempli margini Rigaltius sua ipsius manu, ut uidetur (cf. Orelli 1831, 11 adn.*), *auribus* ex **P** appinxit (imago phototypice expressa exempli Parisini primae editionis Rigaltianae mihi praesto est). Gudius multos annos operam nauauit Phaedri carminibus castigandis atque illustrandis. Testatur enim Burmannus in praefatione iam supra laudata (cf. adn. 51) Gudium et schidis minutissimis et quattuor Phaedri fabularum editionum marginibus commisisse lucubra-

R^r testimonia Dionysii Roche Iesuitae. In usum Francisci Vavasseur anno 1665 Dionysius Roche haud pauca ex **R** exscripsit in schidis quae nunc asseruantur Parisiis in Bibliotheca Sorbonae (MS 1170, ff. 3 sqq.). Dionysii Roche testimonia de **R**, una cum breui eiusdem uiri ad Franciscum Vavasseur epistula iis praefixa, publicata sunt ab Aemilio Chatelain 1887, sed iam antea innotuerant Francisco Jos. Desbillons[56].

R^v lectiones quas διαρρήδην codici **R** tribuit Jacobus Cl. Vincent. Vincentius instituit collationem codicis **R** et Phaedri fabularum editionis quae Parisiis apud uiduam Brocas anno 1743 prodierat, et inscripsit collationem suam in exemplari illius editionis nunc deperdito[57]. Vincentianam collationem Berger de Xivrey 1830 edidit pp. 89 sqq. (in singulis paginis Bergerianis altera columna lectiones codicis **R** quas Vincentius margini exemplaris sui editionis Brocasianae ascripsit continet, prior diuersitates editionis a Bergero enotatas). Haec collatio integra est, nisi quod Vincentius mirae neglegentiae culpam in se admisit non conferendo codicis **R** initium usque ad 1, 2, 12 (a quo uersu Vincentiana collatio incohatur)[58].

ρ editio Parisiensis apud uiduam Brocas anno 1743 uulgata, quacum Vincentius, ut supra dixi, contendit codicem **R**. Siglum **ρ** apposui lectionibus Brocasianae editionis quae e Vin-

tiones suas; quas lucubrationes, inquit Burmannus, recensere et in publicam lucem mittere statuerat Gudius, sed infelix fatum consilium eius irritum fecit. Vt mea fert opinio, Gudius conscripserat notas qualis ea est quae ad 1, 25, 6 sq. pertinet ("Pithoeus uero edidit *et dolos*, fortasse librum suum secutus") antequam **P** inspexit.

56 Cf. enim quae Desbillons 1786 ad Phaedr. 4, 1, 4 (5, 1, 4 apud me) adnotauit: "docuit me epistola scripta Remis anno 1665, et missa Parisios ad Franciscum Vavassorem, in codice Remensi non *Galli Cybeles* ... at *Galli Cybebes* disertim legi".

57 Hoc exemplar Brocasianae editionis J. Van-Praet circa a. 1830 cum Bergero de Xivrey communicauit (cf. Berger de Xivrey 1830, 72: "M. Van-Praet ... m'a communiqué ce précieux exemplaire"); id paulo post periit.

58 Audi Vincentium ipsum (Berger de Xivrey 1830, 89): "j'ai manqué dans le temps, et je ne sais comment, de vérifier ce prologue [scil. 1 prol.] et la page suivante [= paginam quartam editionis Brocasianae, quae desinit in 1, 2, 11]".

centii silentio codici **R** assignari possunt. Nescimus an ea cura **R** collatus sit a Vincentio ut certo affirmari possit eandem, ubi nihil ab illo adnotatum, codicis scripturam semper esse atque editionis Brocasianae. Iam monui exemplar editionis Brocasianae cui addita est collatio a Vincentio facta nusquam reperiri[59]; acquieui igitur in exemplo Bibliothecae nationalis Parisiensis ita notato, "Yc 11706".

Δ lectiones editionis Phaedri fabularum a Petro Danet anno 1726 in lucem emissae quae e Jacobi Cl. Vincent silentio codici **R** attribui possunt. Nam ab editione apud uiduam Brocas impressa, qua Vincentius usus est in collatione facienda, nonnullae fabulae absunt; harum itaque textum quem **R** exhibebat idem Vincentius cum Daneti editione comparauit.

$\mathbf{R^b}$ testimonia Gabrielis Brotier in editione anni 1783. Broterio uariarum lectionum quas e codice **R** Vincentius excerpserat, copiam fecit Gregorius Desaunays, Bibliothecae Regiae custos.

$\mathbf{R^p}$ fabulae de uulpe ad personam tragicam (Phaedr. 1, 7) imago a Le Vacher, bibliothecario Remensi, delineata et cum N.-A. Pluche communicata; quam imaginem ipse Pluche aeri incidendam curauit et anno 1746 edidit[60].

59 Id frustra quaesiuerunt Muellerus et Havetus (uide Müller 1877, XVII sq.; Havet 1895, XIII); cf. etiam Hervieux 1893, 76.

60 Cf. Pluche 1746, tab. XXII et p. 245; Boldrini 1990, p. 22 et tab. VI, 1. Quod ad litterarum ductus attinet, "le fac-similé … publié par Pluche … n'offre aucune garantie d'exactitude" (Omont 1911, 741 adn. 1); quam accurate Le Vacher scripturam codicis **R** librarii imitatus sit nescimus, nam schida ab eo cum Pluche communicata periit.

R^{f} specimina quae ex **R** anno 1769 Jacobus Cl. Vincent palaeographica fide descripsit charta pellucida usus[61]; de quibus speciminibus paulo ante dixi.

r correctiones codicis **R** uetustae, per testimonia Vincentii a Bergero de Xivrey uulgata notae; nonnullas e uetere quodam Phaedri fabularum exemplari nunc deperdito illatas esse conicere licet, cf. enim quae Gudius adnotauit ad *testamenti sensus* (5, 5, 19 in mea editione): “inter lineas in ms. Remensi, eadem antiquissima manu, notatur: ‘in alio codice fuit *census*’” (*census* tamen Vincentius apud Bergerum de Xivrey tamquam lectionem in **R** primitus exaratam laudauit neque adnotationem exscripsit de qua Gudius nos certiores fecit).

R continebat easdem fabulas quas **P**, et eodem ordine dispositas. Inter **R** et **P** tam arta intercedit cognatio[62] ut primo quidem crediderim **P** ex **R** descriptum esse. **R** enim antiquior fuisse uidetur et compluribus locis lectiones meliores praebebat quam **P**, ut 1 prol. 3[63] et 1, 1, 3[64]. Quae tamen opinio omnino falsa erat: nam hic illic codicis **P** scriptura potior est; perpende enim, quaeso,

1, 9, 4 *pernicitas* **P Ad**^{Ph} : *uelocitas* **ρ**
1, 27, 2 *dici* **P** : *dici qui* **ρ**
1, 30, 11 *ita caput* **P** : *caput ita* **ρ**
2, 4, 23 *sunt* **P**, om. **ρ**
2, 6, 17 *duabus* **P N** : *duobus* **ρ**
2, 8, 18 *centum habet* **P N** : *habet centum* **ρ**
3, 15, 12 *profecisset* **N**, recte : *fecisset* **P** : *fuisset* **R**^{v}
4 prol. 7 *sit* **P** : *sic* **R**^{v}

61 In epistula quam una cum codicis **R** scripturae speciminibus Vincentius misit Stephano Lauréalt de Foncemagne hoc legitur: “j’ai copié, monsieur, ligne par ligne et le moins mal qu’il m’a été possible; j’ai conservé la grosseur des lettres, laquelle varie quelquefois: mais peu accoutumé à ce genre d’écriture et la plume glissant naturellement sur les papiers transparents, je n’ai pu donner à la lettre du manuscrit toute la netteté qu’elle présente. Du reste la ponctuation, l’orthographe, etc., tout est exactement copié” (cf. Hervieux 1893, 71).

62 Vide communia utriusque codicis menda quae mox enotabo.

63 *dos* **R**^{sRgrf} : *os* **P** : *mos* **P**^{c}.


64 *fauce* **R**^{Rr} **Ad**^{Ph} **κ W**^{2} (ex *facie*, ut uidetur) : *face* **P**.

5, 20, 13 *ulli* **P N** : *ullis* **ρ**[65]

P et **R** ex hyparchetypo **δ** manasse demonstrant exempli causa loci sequentes:

1, 11, 15 *fugissem* **D**, recte : *fuissem in* **PR**$^{\mathbf{r}}$**ρ**
1, 12, 2 *testis haec narratio est* **D**, recte : *haec erit narratio* **PR**$^{\mathbf{grv}}$
1, 12, 14 *utilia mihi quam fuerint* **D**, recte (*utilia* etiam in **κ**, *utiliora* in **W**) : *ut illa mihi quam profuerint* **PR**$^{\mathbf{?vb}}$: *ut illa mihi profuerint* **r** : *ut illa mihi quatum* (sic) *profuerint* **P**$^{\mathbf{c}}$
1, 18, 2 *actis* **D**, recte : *peractis* **PR**$^{\mathbf{g}}$**Δ**
4, 2, 18 exhibent **MN**, om. **PR**
4, 3, 1–2 exhibet **N**, om. **PR**

Sicut in **P** ita in eius gemello **R** (ut apparet ex **R**$^{\mathbf{p}}$ et **R**$^{\mathbf{f}}$)[66] abolita est legitima uersuum distinctio, unde colligere licet in fonte eorum communi **δ** uersus scriptura continua exaratos esse, ut non differrent specie a pedestri sermone. Procul dubio tamen librarius codicis **δ** plerosque omnes senariorum litteris maiusculis intra lineam exaratis uel punctis distinxit; nam in **P** haud paucos senarios inuenies intra lineam distinctos litteris grandioribus uel punctis additis ad summam litteram praecedentem aut mediam aut imam, interdum cum uirgula[67]. Vide etiam **R**$^{\mathbf{f}}$, ubi senarii *hanc ego poliui uersibus senariis* et *duplex libelli dos est quod risum mouet* (1 prol. 2 sq.) interpungendi signis distinguuntur.



65 Vide etiam 2, 9, 1, ubi **P** ante correctionem exhibebat *ingento*, uestigium ueritatis (*ingenio* **λ**, recte : *ingento* **P** : *ingentem* **P**$^{\mathbf{c}}$ **ρ**).
66 Cf. etiam Havet 1895, ad 1 prol. 2.
67 Cf. Boldrini 1990, 13 sqq.; 25; 59.

III
DE CODICIBVS **N M λ**

In **N**, ut iam prius dixi, insunt, uersibus legitime distinctis, 66 (immo 63) Phaedri carmina, quorum 34 (immo 33[68]) etiam in **δ**, communi fonte codicum **R** ac **P**, exstabant, cetera 32 (immo 30[69]) sub nomine 'Appendicis Perottinae' hodie feruntur[70]. In **N** Phaedri fabulae se excipiunt ordine quem expressum uides hac tabella (nullam rationem habui Auiani et ipsius Perotti carminum quae in **N** Phaedrianis interponuntur):

app. 1
app. 2
5, 22
app. 3
app. 4
3, 10
app. 5^{+}, 1–22
3, 17
3, 18
app. 5^{+}, 23–24
app. 6
2, 8
3, 3
3, 11
3, $13^{\#}$ (hanc fabulam postea Perottus iterum exscripturus fuit)
5, 24
4, 6
5, 20 (uu. 1–15 post 16–26 in **N** collocantur; ante 1, id est post 26, Perottus de suo inseruit τὸν ἄμετρον uersum *fabellae nostrae parum aures accommoda*)
2, 7
3, 14
app. 30^{*}, 13–29

68 Fabulam enim de apibus et fucis (3, 13) Perottus bis exarauit.
69 Nam app. 5, 1–22, app. 5, 23 sq., app. 30, 13–29, app. 30, 1–12 in **N** leguntur tamquam peculiaria ac per se absoluta carmina.
70 Carmina Appendicis quae dicitur Perottinae haud dubie Phaedri sunt ut cetera, nam nihil in Appendice reperitur quod Phaedro indignum sit aut alienum a Latinitate Phaedrianae aetatis, et carminum Appendicis ars metrica tam similis est ceterorum Phaedri poematorum quam lac lactis, quamquam haud raro turbata est et culpa librarii qui exarauerat codicem unde Perottus hausit, et ipsius Perotti, uiri ignarissimi rei metricae in Phaedri senariis, cf. Müller 1875, 11 sqq.; uide etiam infra, adnn. 125 et 134.

app. 7
4, 2
3, 13# (haec fabula, iterum a Perotto transcripta, manu seriore transuersis lineolis deleta est)
app. 8
app. 9
app. 10
3, 8
3, 12
app. 11
app. 12
app. 13
3, 9 (hanc narratiunculam Perottus in elegos refinxit)
2, 9, 1–4
3, 15
3, 16
app. 14
app. 15
app. 16
app. 17
5, 21
app. 18
app. 19
app. 20
app. 21
app. 22
app. 23
2, 6
3, 2
3, 1
3, 4
3, 5
3, 6
3, 7
5, 25
3, 19
4, 3
4, 4
4, 5
app. 24
app. 25
app. 26
app. 27
app. 28
app. 29
app. 30*, 1–12

In **N** carminibus Phaedrianis praeponuntur partim Phaedri ipsius promythia siue epimythia metrica loco suo mota, obtruncata et pedestrem in sermonem redacta (cf. exempli gratia titulum qui praefigitur 2, 8)[71], partim tituli morales (uelut ii quibus inscribuntur 3, 1; 3, 4) quos Perottus aut finxit ex ingenio aut hausit ex suo fonte. Aliquot Phaedri poemata Perottus aliter inscripsit, aliter in indice fabellarum (ff. 3 sqq.) designauit[72].

71 In **N** igitur Phaedri promythia siue epimythia iambica desunt, si excipis app. 12, 7.
72 Cf. exempli causa app. 15 (uide infra, adn. 195).

N ita madore ac situ corruptus est[73] ut locis permultis ne Lyncea quidem oculorum acie legi queat. Lacunae tamen fere omnes expleri possunt ex duobus libri Perottini apographis:

V hac littera notaui codicem Vrbinatem Latinum 368, membranaceum, in folio speciosissima calligraphia scriptum, picturis ornatum. Hic codex, qui nunc asseruatur in Bibliotheca Vaticana, ubi ipse contuli[74], circa a. 1482 a Federico Veterano exaratus est[75]; continet foliis 100–146 Perottinam fabellarum epitomen totam et integram; quae folia, quamuis neglegentius, ex **N** descripta sunt[76].

U codex Vrbinas Latinus 301, chartaceus, inter annos 1477 et 1480 in folio exaratus, testis unicus Perotti ‘Cornus copiae’. Contuli ope lucis depictum. Hic codex non est autographus; Perottus tamen sua ipsius manu multa addidit, multa correxit[77]. Continet duas Phaedri fabulas, 3, 17 f. 644r, app. 4 f. 126r–u[78].

Textum utriusque fabulae quem **U** praebet ab **N** descendere ostendunt tres errores communes (3, 17, 8: *narrabit* Pithou, optime : *narrauit* **PR**$^{\mathbf{v}}$ **M** : *inquit* **NU**; *quis* **Pρ M**, rectissime : *quisque* **NU**; app. 4, 13: *dum* **M**, recte : *cum* **N** : *qum* **U**) et codicis **U**, qui, **N** peccante, numquam genuinam lectionem exhibet, error singularis *uideantur* 3, 17, 7 (*uideamur* **Pρ MN**, recte).

Vbi **N** legi nequit respicienda sunt etiam quae de eo priores rettulerunt. Quapropter in meo apparatu critico laudantur

N° sylloges fabellarum Perottinae exemplar quod ex **N** Jacobus Philippus D’Orville Parmae initio anni 1727 sua ipsius manu

73 Vide infra, § XI.

74 Imago quoque phototypice expressa codicis **V** mihi praesto est.

75 Vide infra, adn. 193.

76 Cf. Thiele 1911; Boldrini 1988, 33 sqq. Nullius pretii est partis prioris codicis **V** apographum Bononiense (cod. Bonon. Bibl. Vniu. 2948, pp. 300–352). De quo apographo, a Petro Antonio Tioli post a. 1740 exarato, haud indocte disputauit Boldrini 1988, 59 sqq.

77 De hoc libro manu scripto uide, sis, Stok 2001; Pade 2014.

78 Eas calligraphus exscripsit; Perottus nihil mutauit. Vide, quaeso, Zago 2015, 65; 74, ubi collationem institui codicis **U** et ceterorum testium harum duarum Phaedri fabularum.

descripsit; quod exemplar nunc Oxonii in bibliotheca Bodleiana asseruatur (ms. D'Orville 524). Contuli phototypice repraesentatum.

N^{b} codicis **N** lectiones publici iuris factae a Petro Burmanno in praefatione ad Phaedri fabularum editionem quam Leidae anno 1727 imprimendam ipse curauit; quas lectiones ad Burmannum transmiserat Jacobus Philippus D'Orville.

N^{i} codicis **N** editio a Cataldo Iannelli curata (= Iannelli 1809)[79].

N^{d} codicis **N** lectiones a Dominico Bassi allatae in Phaedri fabularum editione anno 1918 impressa.

Codex **M** hoc ordine continet haec Phaedri carmina, duabus manibus – hoc iam scis – saec. xv^{2} exarata (silentio praetermisi Auiani carmina quae in **M** leguntur Phaedrianis intermixta):

4, 2
3, 18
app. 4
app. 3
5, 24
4, 6
app. 11
3, 17
3, 14
app. 10
5, 21
3, 1
app. 9
5, 22
5, 23 + 3, 8, 1
app. 20
3, 4
2, 9, 1–4
app. 29
app. 30
3, 9
3, 10, 1–16

M apographum non est codicis **N**: praebet enim uersus et carmina integra quae Perottus omisit aut refinxit (3, 1, 7; 3, 9; 3, 17, 13; 4, 6, 31; 5, 21, 1–3 et 9; 5, 22, 1 et 8; 5, 23; app. 4, 18; app. 11, 10; app. 30, 30–33); praeterea exhibet permultas lectiones melioris notae quam liber Perottinus:

2, 9, 3 *honoris* **M** : *honori* **N**, ubi uerbum paene euanuit sed legi potest : *homini* **PR**$^{?v}$

79 De **N**^{o} **N**^{b} **N**^{i} infra, § XI, uberius disseram.

3, 10, 7 *uetustatem eleues* **M** (cf. Zago 2015, 91) : *uetustatem asseras* **N** : *uetustate eleuem* **r** : *uetustatem leuem* **PR**$^{?v}$

3, 14, 9 *tum uictor sophus* F. Pithou apud Rigaltium 1599 : *tum uictor Aesopus* **MP** sicut **R** (cf. enim **ρ** *tum uictor*; **R**^{gv} *Aesopus*) : *tum ụẹ{..}Ẹṣ{...}ṣ* **N** (*tum uero esopus* **VN**^{d} : *tum uero Aesopus* **N**^{obi})

3, 14, 10 *semper si tensum habueris* **Pρ M** : *si tensum ṣ{* **N** (*si tensum tenueris* **V** : *si tensum{* **N**^{o} : *si{* **N**^{b} : *si tensum semper habueris* **N**^{i} : *si tensum sem{* **N**^{d})

3, 14, 13 *melior ut redeat sibi* **ρ M** (cf. Zago 2015, 76) : *melior ut redeat tibi* **P** : *ut sic melior red{* **N** (*ut sic melior redeat* – omisso pronomine – **N**^{obid} itidem ut **V**, ubi tamen *molliter*, non *melior*)

3, 17, 8 *narrabit* Pithou 1596 : *narrauit* **PR**^{v} **M** : *inquit* **N**
quis **Pρ M** : *quisque* **N**

4, 6, 6 *ostenderet* **Pρ M** : *faceret* **N**

4, 6, 11 *concitat* **Pρ M** : *conuocat* **N**

5, 22, 15 *quia* **Pρ M** : *nam* **N**

5, 24, 10 *contingit* **Pρ M** : *contigit* **N**

5, 24, 17 *ideo cum* (*quum* **R**) *opus est nihil* **P** et **R** (cf. **ρ** et **R**^{v}) : *ideo quod cum opus est nihil* **M**^{c} (*nihil* ex *lnihil*, ut uidetur) : *ideoque nihil* **N**

app. 10, 12 *detines* **M** : *retines* **N**

app. 11, 1 *uictorem Aesopus* **M** : *forte uictorem* **N**

app. 11, 2 *cum uidisset plus satis* **M** (uide, sis, Zago 2015, 73 sq.) : *cum uidisset Aesopus* **N**

app. 11, 4 *eius* **M** : *suus* **N**

app. 11, 9 *fuisset* **M** : *esset* **N**

app. 20, 4 *cammari* **M** : *çạṇ⌊cri⌋* **N**, litteris redintegratis ex **VN**^{oi}

app. 29, 4 *eloquens* **M** : *loquens* **N**

app. 29, 6 *en nunc ut* **M** (cf. Zago 2015, 85; Zago 2016, 129 sqq.) : *en cuncta* **N**

M et **N** deriuati sunt ex **λ**, ut colligere licet ex communibus uersuum omissionibus (3, 9, 1; 4, 6, 1–3; 5, 24, 23–25) et ex his erroribus:

2, 9, 2 *in* **Pρ**, om. **MN**

3, 1, 3 *spargeret* **Pρ** : *sparserat* **MVN**^{obid} (*spa{* **N**)

3, 4, 5 *aestimo* **P** (ubi *es-*) **ρ** : *existimo* **MN**

3, 10, 9 *maritus quidam* **Pρ** : *maritus castam* **MN** (cf. 3, 10, 14)

3, 10, 10 *puram iam pararet* **PR**^{r}**ρ** : *puram compararet* **MN**

3, 10, 12 *suffici se* **r** (nec non **R**^{s}) : *sufficisse* **PR**$^{?rv}$: *fieri se* **M** nec non **N**, ubi scriptura paene euanuit sed legi potest

3, 10, 16 *amanti* **Pρ** : *amantem* **MN**

3, 14, 11 *laxaris* **Pρ** : *laxaueris* **MN**

3, 14, 12 *debent* **Pρ** (cf. Havet 1895) : *debet* **MN**

3, 17, 3 *laurea* **Pρ** : *laurus* **MN**

3, 18, 1 *ad Iunonem uenit* **Pρ W χ** (*uenit ad Iunonem* **o**) : *Iunonem conuenit* **MN**

3, 18, 6 *forma uincis uincis* **Pρ** : *forma tu uincis et* **MN**

3, 18, 9 *speciem* **Pρ** : *speties* **MN**

4, 6, 8 *notus* **PR**^{v} : *unus* **MN**

4, 6, 12 *turbam* **Pρ** : *turba* **MN**

4, 6, 20 *lancibus* **PR**^{gv}, cf. Mart. spect. 31 (27 [29]), 6 : *laudibus* **MN**

4, 6, 23 *uincet* **Pρ** : *uincit* **MN**

4, 6, 32 *uero* **Pρ** : *porco* **MN**

4, 6, 36 *e* **Pρ** : *de* **MN**

5, 24, 16 *abigeris* **Pρ χ** : *abieris* **MN**


app. 20, 3 *demittit* Cassitto 1808 : *dimittit* **MN**

app. 20, 7 *stultis* Cassitto 1808 : *stulto* **MN**

Puto **M** non defluxisse recta uia ex **λ**; nam in **M**, ubi Phaedri Auianique carmina titulis carent, nonnulla epimythia leguntur

quae in **N** desunt (3, 1, 7; 3, 17, 13; 5, 22, 1; app. 4, 18; app. 11, 10; app. 30, 30–33); sicut autem **N** ita **M** omisit 3, 9, 1; 4, 6, 1–3; 5, 24, 23–25. Ceterum in **M** narratio de Simonide omnia sua secum habente (5, 22) cum 5, 23 et 3, 8, 1 iuncta inuenitur, itidem ut fabula de lanio et simio (3, 4) cum 2, 9, 1–4. Conici igitur potest iam in **λ** aliquot promythia atque epimythia Phaedri omnino relicta esse aut pedestrem in sermonem redacta locum tenuisse carminum titulorum. Quos titulos librarium codicis **μ**, unde **M**, puto, oriundus est, opinor omisisse, nam carmina separauit, mea quidem sententia, spatiis uacuis interiectis, qua de causa scriba prioris partis codicis **M** non animaduertit poema 3, 4 uerbis *cognoui optimos* finiri, poema 5, 22 uerbis *diuitias habet*, poema 5, 23 uerbis *extricas nihil*. Quae in **M** exstant epimythia **μ**, patrem codicis **M**, ex **λ** censeo deprompsisse; haec epimythia Perottus ipse, dum **N** exarat, aut praetermisit (3, 1, 7; app. 4, 18; app. 11, 10) aut in titulos oratione soluta uertit (3, 17, 13; 5, 22, 1).

Ex **λ** haud pauca desumpsit, ut mea fert opinio, Laurentius Abstemius in ‘Hecatomythiis’ duobus conscribendis[80].



Nescio an **λ** non manauerit ex codice ubi inerant ‘fabula⟨e⟩ Auiani et Esopi et Phedri’; qui codex saec. IX in bibliotheca Murbacensi asseruabatur, postea periit[81].

80 Cf. Zago 2012; Zago 2015, 96 sqq.; ‘Hecatomythium’ prius anno 1495 prodiit, alterum 1505.

81 Cf. Bloch 1901, 272 sqq.; Milde 1968, 31; Zago 2015, 94.

IV
DE PARAPHRASI T

Memoria Phaedri Aesopiarum fabularum paraphrasis soluta oratione conscriptae quae ‘Romulus’ siue ‘Aesopus Latinus’ uulgo nuncupatur, a me **T** littera notatur, in duas recensiones discedit, quarum altera (**κ**) duas recensiones (**χ** atque **ε**) ipsa quoque genuit, altera (**ι**) in duobus codicibus seruatur.

Ad textum recensionis **χ** constituendum maximi momenti sunt hi testes:

B codex Londiniensis (London, British Library) Burneianus 59, saec. XI$^{1/4}$ exaratus, membranaceus. Contuli ope lucis depictum.

Ad$^{\chi}$ codex Leidensis (Leiden, Bibliotheek der Rijksuniversiteit) Voss. Lat. O. 15, membranaceus, ab Ademaro Cabannensi († 1034) exaratus. Phototypice expressum contuli. Aesopiarum fabularum soluta oratione conscriptarum anthologia quam hic codex tradidit, duabus ex collectionibus concinnata est, nam pars fabularum de **T** per **χ** in **Ad** fluxit, pars pendet ex Phaedri carminum paraphrasi quae ‘Phaedrus solutus’ (**Ph**) appellari solet. Fabulae quae ex **χ** deriuatae sunt siglo **Ad**$^{\chi}$ a me designantur, ceterae **Ad**$^{\mathbf{Ph}}$. Fabellae aliquot textum contaminatum praebent; has **Ad**$^{\mathbf{Ph}\chi}$ denoto si textum paraphrasis **Ph** interpolatum ex lectionibus codicis **χ** praebent; **Ad**$^{\chi\mathbf{Ph}}$ si fons primarius est **χ**.

F codex Laurentianus (Firenze, Biblioteca Medicea Laurenziana) Ashburnhamianus 1555, membranaceus, saec. XIII^{1} conscriptus. Florentiae contuli.

Mn codex Cenomanensis (Le Mans, Médiathèque Louis Aragon) 84, membranaceus, saec. XIII^{2} conscriptus. Contuli imaginibus phototypicis usus.

S hoc siglo insigniuntur fabulae prosariae quas Henricus Steinhöwel ex nescioquo codice nunc deperdito desumpsit et in ‘Esopo’ suo typis Vlmensibus circa a. 1476–1477 impresso edidit.

Wi$^{\sigma}$ codex Vindobonensis (Wien, Österreichische Nationalbibliothek) 901, membranaceus, saec. XIII^{2} exaratus. Aliae fabulae Aesopiae prosa oratione conscriptae quae hoc codice continentur textum recensionis **χ** exhibent (**Wi$^{\sigma}$**), aliae textum recensionis **ε** (**Wi$^{\tau}$**), reliquae textum contaminatum: has siglo **Wi$^{\sigma\tau}$** insigniui si fons primarius est **σ**; sin autem est **τ** siglo **Wi$^{\tau\sigma}$** notaui (de codicibus deperditis **σ** et **τ** uide stemmata infra delineata). Contuli ope lucis depictum.

Fr$^{\chi}$ codex Francofurtensis (Frankfurt am Main, Universitätsbibliothek) Praed. 60, chartaceus, inter annos 1442 et 1444 a J. Streler ordinis Praedicatorum conscriptus. Pars fabularum Aesopiarum quae in hoc codice insunt ex **χ** pendet (**Fr$^{\chi}$**), pars ex **ι** (**Fr$^{\iota}$**); utraque pars anno 1443 exarata est. Contuli phototypice expressum.*

H$^{\upsilon}$ codex Guelf. (Wolfenbüttel, Herzog August Bibliothek) 699 Helmst., chartaceus, saec. XV$^{1/3}$ exaratus. Siglo **H$^{\upsilon}$** notantur fabulae quae textum recensionis **χ** praebent; quod autem ad sigla **H$^{Ph\chi}$** et **H$^{\upsilon Ph}$** pertinet uide infra, § V. Lucis ope depictum contuli[82].*

Ad textum recensionis **ε** constituendum hi testes adhibendi sunt:

E codex Berolinensis (Berlin, Staatsbibliothek, Preussischer Kulturbesitz) Lat. O. 87, saec. XIII^{2} exaratus, membranaceus. Contuli phototypice expressum.

Wi$^{\tau}$ uide quae supra ad siglum **Wi$^{\sigma}$** explicandum scripsi.

Vi codex Vindobonensis (Wien, Österreichische Nationalbibliothek) 303, membranaceus, saec. XIII$^{3/4}$ exaratus. Contuli imaginibus phototypicis usus.

Mk codex Mellicensis (Melk, Stiftsbibliothek) 1916, saec. XV$^{3/4}$ conscriptus, chartaceus. Contuli phototypice repraesentatum.*

82 De aliis minoris uel minimi pretii testibus recensionis **χ**, quos, ut mea fert opinio, Phaedri carminum editorem silentio praeterire licet, cf. Zago 2016, 34.

L Anonymi ‘Liber de moribus egregiisque dictis omnium philosophorum et poetarum’ (saec. XIV^{med})[83], ubi capiti de uita Aesopi subiunguntur fabulae prosariae ex codice quodam recensionis **ε** nunc deperdito ascitae. In **L** textus recensionis **ε** saepissime contaminatus est textu cuiusdam codicis Gualterii Anglici fabularum, interdum, mea quidem sententia, lectionibus nesciocuius libri manu scripti Phaedri carminum qui postea periit (= **ζ**[84]). Hos codices nondum typis excusi ‘Libri de moribus’ ope lucis depictos contuli:

- **L^a** codicem Monacensem (München, Bayerische Staatsbibliothek) Clm 26781, chartaceum, anno 1441 exaratum,*
- **L^b** codicem Monacensem (München, Bayerische Staatsbibliothek) Clm 14129, chartaceum, circa a. 1450 conscriptum[85].*

Recensionem **ι**, ut iam ante dixi, duo codices seruant:

W codex Guelf. (Wolfenbüttel, Herzog August Bibliothek) Gud. Lat. 148, membranaceus, saec. IX$^{4/4}$ exaratus.

Fr^ι uide quae supra ad siglum **Fr^χ** explicandum scripsi.

Stellulis denotaui testes quos ipse primus adhibui; ceteris nititur ‘Aesopi Latini’ editio anno 1910 publici iuris facta a G. Thiele, qui recensionem **χ** appellauit ‘Gallicanam’, recensionem **ε** ‘ueterem’, recensionem **ι** ‘Wissemburgensem’[86].

Testium paraphrasis **T** necessitudines sic per stemmata depingere possumus (litteris Graecis codices deperditi significantur, lineis ruptis contaminatio).


83 Quod ad ‘Librum de moribus’ attinet cf. Nöcker 2009.

84 De fabulis Gualterii Anglici uide Busdraghi 2005; de **ζ** cf. Zago 2016, 28 sqq.


85 Ceteros ‘Libri de moribus’ testes, dico codicem Berolinensem (Berlin, Staatsbibliothek, Preussischer Kulturbesitz) Lat. F. 460, circa a. 1465–1475 exaratum, et codicem Vindobonensem (Wien, Österreichische Nationalbibliothek) 3737, circa a. 1425–1435 conscriptum, non uidi.

86 De editionis Thielianae uitiis uide, quaeso, quae infra, § XII, monebo.


Stemma hyparchetyporum




Stemma testium recensionis **χ**



Stemma testium recensionis **ε**



Stemma codicum recensionis **ι**



Si quis quaerat quibus rationibus stemmata a me informata nitantur adeat commentationes quas nuper scripsi sub titulis "Intorno alla genesi e alla tradizione manoscritta del 'Romulus'" et "Ancora sulla tradizione manoscritta di Fedro e del 'Romulus'" (Zago 2016; 2017). Nunc rem breuiter exponere satis habeo.

Vt colligis, lector, ex duobus prioribus stemmatibus, testes recensionis **χ** ex **ξ** oriundi interpolati sunt ex lectionibus recensionum **ι** et **ε**; ipse **ξ** contaminatus est textu **ε** (sed cogitare etiam possis **ε** ex **ξ** interpolatum esse). Quod ad **ι** attinet, incertum

utrum **χ** atque **ε** contaminati sint eius lectionibus an uersa uice **ι** ex **χ** et **ε**. **Wi$^{\tau}$** hic illic contaminatus est lectionibus stirpis **o**[87].

Codices tamen non sunt tam grauiter interpolati ut necessitudines eorum dispici nequeant: praebent enim errores ut aiunt significatiuos, quamquam haud multos, quia, ut ita dicam, tot sunt 'Romuli' quot librarii. Nam paraphrasi **T** illud conuenit quod Martinus L. West monuit de fabulis Aesopiis Graecis soluta oratione conscriptis: "in the Aesopic collections, which were valued for their substance and not for any stylistic reason, variations of wording from manuscript to manuscript are the rule, though often not unconnected with corruption by misreading" (West 1973, 128 sq.).

In tabula sequenti enotabo errores significatiuos quos in testibus paraphrasis **T** deprehendi. Haec praemonenda sunt: in textu recognoscendo aliter ac Thielius (uide infra, § XII) ego semper sinceram puto lectionem quae proxime omnium ad Phaedrum accedit. Curuis cancellis sigla includo testium unde erui lectiones deperditorum librorum **ι κ χ ε**.

χ non pendet ex **ε**, cf. **T** 69, 13, p. 230^{a} (§ 12, p. 229^{a}) Th(iele) *gaudens* **χ** (**Ad$^{\chi Ph}$ S F B Mn**) **W Fr$^{\iota}$**, optime (cf. Phaedr. 2, 8, 14) : om. **ε** (**L^{ab} Vi Mk E**).

ε non pendet ex **χ**, cf. a) **T** 27, 8 Th *onus* **ε** (**L^{ab} Vi Mk Wi$^{\tau}$ E**), bene (uide Phaedr. 1, 2, 8) : *pondus* **χ** (**Fr$^{\chi}$ S F H$^{\upsilon}$ B Mn**) : om. **W**; b) **T** 57, 3 Th *subito* **ε** (**Vi Mk E**) **W** (cf. Phaedr. 1, 12, 7) : om. **χ** (**Ad$^{\chi}$ Fr$^{\chi}$ S F Wi$^{\sigma}$ B Mn**); uide etiam **T** 3, 3 Th *cur* **ε** (**L^{ab} Vi Mk Wi$^{\tau}$ E**) **Ad^{Ph}** (cf. Phaedr. 1, 1, 5) : om. **χ** (**Fr$^{\chi}$ S F B Mn**) **W**.

χ et **ε** pendent ex **κ**, cf. **T** 43, 1 Th *prior inuitauit* **χ** (**Ad$^{\chi}$ Fr$^{\chi}$ S F Wi$^{\sigma\tau}$ H$^{\upsilon}$ B Mn**) atque **ε** (**L^{ab} Vi Mk E Wi$^{\sigma\tau}$**) : *dicitur prior inuitasse* **W^{c}** (ex *ducitur prior inuitat se*), rectissime (uide Phaedr. 1, 26, 3 sq.).

Fr$^{\iota}$ apographum non est codicis **W**, sed manauit ex eius fonte. Locis quos in priore de paraphrasi **T** commentatione (Zago

87 Perpende quae disputaui in duabus commentationibus supra laudatis (Zago 2016, 21–22; 25–26; 31–33; Zago 2017, 353–356) et cf. quae infra adnotabo ad Phaedr. 1, 1, 12; 1, 5; 3 prol. 38; 3, 15, 1; 3, 18, 9.

2016, 14) attuli addi possunt a) **T** 69, 4 sq. Th *miser huc ad necem* **Fr**$^{\iota}$ (*miser* exstabat in **κ**; Phaedrus 2, 8, 6 *infelix* scripserat) : *hu*⟦*n*⟧*c ad necem* **W**, unde *miser* abest; b) **T** 75, 14 sq. Th (cf. Phaedr. 3, 2 et app. meum) *memini inquit quis me saxo, quis fuste petierit* **Fr**$^{\iota}$, bene (cf. **κ**, qui *memini* et *fuste* habebat) : *nemini inquit quis me saxo petierit* **W**, omisso *quis fuste*. Quod attinet ad **T** 69 Th, textus **κ** extunditur ex **Ad**$^{\chi Ph}$ **S F B Mn L**^{ab} **Vi Mk E**; quod ad **T** 75 Th pertinet, lectiones **κ** eruuntur ex **S F B Mn L**^{ab} **Vi Mk**.

κ non pendet e fonte unde **W** et **Fr**$^{\iota}$ defluxerunt, quem **ι** appello, cf. **T** 69, 7, p. 228^{a} (§ 6, p. 229^{a}) Th *at ille supplex uos* **κ** (**Ad**$^{\chi Ph}$ **S F B Mn L**^{ab} **Vi Mk E**), recte (uide Phaedr. 2, 8, 8) : *at ille respondit supplex uos* **ι** (**W Fr**$^{\iota}$).

S F H$^{\upsilon}$ **B Mn** pendent ex **ξ**, cf. **T** 65, 2 Th *nitidus* **S F B Mn** (*pellis ... nitida* **H**$^{\upsilon}$) : *nites* **W**, recte (uide Phaedr. 3, 7, 4) : *mitis* **Ad**$^{\chi}$: *nitis* **Fr**$^{\chi}$ (*nitis* et *mitis* orta esse puto ex *nites*: *nites* > *nitis* > *mitis*, cf. Zago 2016, 21 sq.); uide etiam **T** 32, 4 Th *nouissima prolapsa* (sic) *effudit parturiens* **Fr**$^{\chi}$ (cf. Phaedr. 3, 15, 6) : *parturiens in lucem effudit* **S** : *in lucem effudit parturiens* **F B Mn** (desunt **Ad** et **H**).

B Mn H$^{\upsilon}$ fontem communem **υ** habent, ut colligi potest ex **T** 6, 3 Th *statim eam quam prius tenebat fluuius tulit et illam quam sub aqua putabat esse* (*putabat*, omisso *esse,* **B**) *obtinere non potuit* **B Mn** : *tunc statim illam quam ore tenebat fluuius tulit et illam quam in aqua putabat obtinere* **H**$^{\upsilon}$: *illam quam habuit dimisit; fluuius tulit; stetit quidem, nec illam quam per aquam putabat esse obtinere potuit* **Fr**$^{\chi}$: *et illam quam tenebat dimisit eamque statimque fluuius rapuit, et sic constitit ubi illam perdidit, et quam putabat sub aqua arripere non habuit ac illam quam ferebat similiter perdidit* **S** : *illam dimisit, quam prius tenebat; fluuius uero tulit illam partem quam in ore suo prius habuerat, et illam quam in aqua putabat esse obtinere non potuit* **F**. Vt uides, lector, uerbum *dimisit* (Phaedr. 1, 4, 6), quod etiam **Ad**^{Ph} praebet, omissum est in **B Mn H**$^{\upsilon}$: id casu factum esse negauerim.

F Wi$^{\sigma}$ **υ** e fonte communi **σ** manarunt, cf. a) **T** 45, 2–3 Th *pennas pauonis que ceciderant sustulit et se ornauit; contempnens suos miscuit se in grege pauonum* **Fr**$^{\chi}$: *pennas pauonis que ceciderant sustulit seque illis ornauit, et contemnens suos in gregem pauonum se miscuit* **S** : *sumpsit pennas pauonis quae ei ceciderant et ornauit se cepitque contempnere suos. Deinde miscuit se cum grege pauonum* **F** : *pennas pauonis quae ceciderant sustulit et se ornauit et cepit contempnere suos; miscuit se in gregem pauonum* **Wi**$^{\sigma}$: *sumens pauonis pennas quae ceciderant sustulit et se ornauit et coepit contempnere suos miscuitque se gregi pauonum* **B** : *sumens pennas pauonis quae ceciderant sustulit et se ornauit et cepit contempnere suos; miscuit se in grege pauonum* **Mn** (deest **H**). Lectio *contemnens suos* (**Fr**$^{\chi}$ **S**) germana est, uide Phaedr. 1, 3, 6 nec non **W** atque **Ad**^{Ph}; *coepit contempnere suos* **F Wi**$^{\sigma}$ **B Mn** hauserunt ex **σ** (uide etiam, sis, Zago 2016, 31 sqq.); b) **T** 74, 1 Th *pauo ad Iunonem uenit iratus et indigne ferens quod luscinia cantaret* **Fr**$^{\chi}$ **S**, rectissime (cf. Phaedr. 3, 18, 1) : *pauo iratus uenit ad Iunonem, indignans et non ferens quod luscinia bene cantaret* **F** : *pauo ad Iunonem uenit iratus et indignans, non ferens quod luscinia cantaret tam dulciter* **Mn** nec non **B** (ubi *tam dulciter* deest); fabula abest a **Wi H Ad**.

Wi$^{\tau}$ et **E** defluxerunt ex **τ**: praebent enim contra ceteros codices multas communes omissiones. Neuter liber alterius apographum est, ut patet ex duobus praesertim locis: a) **T** 10, 9 Th, ubi lectio (sensu cassa) codicis **Wi**$^{\tau}$ (*et itinere suo omnia disturbat ita ut pene deficiat subtus celum tanta creatura*) orta esse uidetur e lectione tali qualem **E** exhibet (*et in itinere suo omnia conturbat ita ut pene deficiat subditum celum tante creature*); b) **T** 11, 5 Th, ubi lectio quam **Wi**$^{\tau}$ praebet (*extraheret*, cf. Phaedr. 1, 8, 6) potior est illo quod **E** exhibet *exciperet* (uide Zago 2016, 31 sq.).

L Vi Mk pendent ex **o**, cf. **T** 11, 7 Th *caput incolume extulit … et mercedem postulat* **Wi**$^{\tau}$ **E**, recte (uide Phaedr. 1, 8, 11 sq. et adnotata) : *caput extulit incolume … et mercedem maiorem postulat* **L**^{ab} **Vi Mk**; cf. etiam **T** 28, 7 Th *merito* **Wi**$^{\tau}$ (cf. Phaedr.

1, 31, 13 et app. meum) : *pro recto* **E** (**τ** procul dubio exhibebat *merito*, unde *pro recto* ortum est) : *digne* **L**$^{\mathbf{ab}}$ **Vi Mk**.

Vi et **Mk** e fonte communi **η** defluxerunt, cf. a) **T** 27, 8 Th (e Phaedr. 1, 2, 8) *hoc illis graue onus erat* **Mk**, recte, uide **χ** (**Fr**$^{\chi}$ **S F H**$^{\upsilon}$ **B Mn**) *graue illis pondus erat* et **E** *graue onus illis erat* : *hoc illi graue onus erat* **Vi** (hanc pericopen om. **L**$^{\mathbf{ab}}$; paraphrasis Phaedr. 1, 2, 1–9 deest in **Wi**$^{\tau}$, qui tantum uu. 10–31 in prosam orationem redactos exhibet); b) **T** 45, 3 Th (cf. Phaedr. 1, 3, 7 et adn. meam) *miscens se gregi pauonum* **Mk E** : *miscens gregi se pauonum* **Vi** : *gregi se inmiscens pauonum* **L**$^{\mathbf{ab}}$ (rationem Lachmannianam secutus erui codicis **ε** lectionem e consensu **Mk E**); c) **T** 62, 6, p. 205^{a} Th *et tu me mandere putas esuriens* **L**$^{\mathbf{ab}}$ **τ** : *me*, quod sententia postulat, om. **Vi Mk** (de hoc loco uide, quaeso, etiam Zago 2017, 352 sq.).

Ex **T** pendet, puto, fragmentum fabellae de cane et carne quod seruatur in P. Oxy. 1404 (**Π**), saec. III exarata[88]. Fabella enim in **Π** incipit eodem fere modo atque in **W κ Y** (de **Y** cf. infra). Hinc colligitur paraphrasin **T** compositam esse non serius quam saec. III; eius auctorem opinor[89] fuisse Iulium Titianum, qui, teste Ausonio (epist. 9b, 74 sqq. Green), Aesopiam trimetriam exili stilo uertit pedestre concinnans opus[90].

T fons est, mea quidem sententia[91], etiam partis fabularum Graecolatinarum quas codex Leid. Voss. Gr. Q. 7 (**Y**$^{\mathbf{L}}$)[92], membrana-

88 Cf. Zago 2016, 11 sq. Ecce fragmentum: *canis carneṃ ịṇụ{e}ṇịṭ ẹt flumen t⟨r⟩ansiebat, deinde cum in aquam uidisset umbram carnis existima{u}ịṭ aḷteṛa⟨m⟩* (textum ex Grenfell–Hunt 1915, 247 deprompsi). Cf. Phaedr. 1, 4 et uide adnotata.


89 Cf. Zago 2016, 16 sq.

90 De Iulio Titiano cf. Syme 1968, 185 sq.; Thraede 1968; Luzzatto 1984, 80 sqq.; Holford–Strevens 2012.

91 Cf. Getzlaff 1907, 5 sqq.; Zago 2016, 9 sqq. Vide etiam quae adnotabuntur ad Phaedr. 1, 4; 1, 12; 1, 13; 5, 6.

92 Non uidi; huius codicis lectiones a me laudatas inuenies secundum editionem Teubnerianam Hermeneumatum Pseudodositheanorum Leidensium (Flammini 2004, 77 sqq.); fabularum textum descripserat nulla mutatione adhibita Goetzius (*CGL* III, 39 col. b 48 sqq.).

ceus, saec. ix$^{2/4}$ conscriptus, et codex Paris. Lat. 6503 (**Y**^{P})[93], membranaceus, saec. ix$^{3/4}$ conscriptus, tradiderunt[94]. His fabulis, quas hodie uiri docti 'Pseudodositheanas' nuncupant, ludimagistri utebantur in litteris Graecis Latinisque docendis. Quamquam **Y**^{L} antiquior esse uidetur et continet narrationem de culice (p. 89, 2264 sqq. Flamm.), qua **Y**^{P} caret, tamen textus fabularum codicis **Y**^{P} ex eo non defluxit. Ad id demonstrandum hic solus locus narratiunculae 'Pseudodositheanae' de cane et carne sufficit: *quam habebat ην ηιχεν* ‖ *amittere αποβαληιν* **Y**^{P} (*CGL* III, 97 col. a 26 sq.) : *απεβαλεν ην εκρατι amisit quam* ⟨*tenebat*⟩ **Y**^{L} (p. 86, 2180; 2185 Flamm. = *CGL* III, 44 col. b 38)[95]. Procul dubio in **Y** (patrem **Y**^{L} et **Y**^{P}) tres fabulae ex **T** fluxerunt, dico argumenta de cane et carne, de ceruo ad fontem, de uulpe et coruo. Nam in his narrationibus **Y** artissime cohaerebat et cum Phaedro (1, 4; 1, 12; 1, 13) et cum **W** ac **κ**. In fabula autem de ceruo ad fontem **Y** propius ad Phaedrum accedebat quam **W** et **κ**; in narratiuncula uero de cane et carne nonnulla in **Y** desiderabantur quibus **W** ac **κ** cum Phaedro congruunt. Porro fabulam de cane et carne, qualem **Y** praebebat, in Graecum ex Latino uersam esse patet, nam loco supra exscripto error ἥν, quem ambo testes habent (exspectes ὅ, sc. τὸ κρέας), ideo in **Y** ortus esse uidetur, quia Graecus interpres Latinum *quam* ad uerbum uertit minime ad syntaxin et sensum respiciens.



93 Contuli phototypice expressum; fabulas Aesopias codicis **Y**^{P} religiose transcripsit Goetzius (*CGL* III, 94 sqq.), qui tamen **Y**^{P} non uidit, sed collatione Gundermanni usus est (cf. *CGL* III, xii sq.); eas ediderat emendatas et notis criticis instructas Boucherie 1872.

94 De fabularum 'Pseudodositheanarum' textus memoria uide, sis, Dickey 2012, I, 24 sq.

95 ⟨*tenebat*⟩ suppleui; Flammini, duce Getzlaff 1907, 45, iniuria ⟨*habebat*⟩ addiderat. Cf. Zago 2016, 10.

V
DE PHAEDRO SOLVTO (**Ph**)


Ex altera Phaedri paraphrasi prosa oratione conscripta, quae ‘Phaedrus solutus’ uulgo appellatur (= **Ph**), deriuatae sunt haud paucae fabularum quae in **Ad** seruantur[96] (**Ad**$^{\mathbf{Ph}}$; **Ad**$^{\mathbf{Ph}\chi}$; **Ad**$^{\chi\mathbf{Ph}}$)[97] et una fabula quae in **H** inest. Fabula enim de uulpe et aquila (cf. Phaedr. 1, 28), qualis in **H** exstat, non quidem ex **Ad** pendere uidetur sed ex eius deperdito fonte **Φ**, qui in hac narratiuncula textum paraphrasis **Ph** contaminatum exhibebat lectionibus codicis **χ**[98]. In fabula autem de lupo et grue (cf. Phaedr. 1, 8) fons primarius codicis **H** est **υ**, sed in uerborum comprehensione *grus rogatus et pretio bono illectus cum collo longo lupum liberauit extrahens os* (f. 42r) uox *illectus*, quae deest in **Ad**$^{\mathbf{Ph}}$ 11 Th(iele 1910) et aberat a **T** 11 Th, hausta esse uidetur ex **Φ**, qui hoc loco a **Ph** pendebat (cf. enim Phaedr. 1, 8, 6).

Ex **Ph** per **Φ** in **Ad** defluxerunt non modo eae quas siglis **Ad**$^{\mathbf{Ph}}$ **Ad**$^{\mathbf{Ph}\chi}$ **Ad**$^{\chi\mathbf{Ph}}$ indico fabulae, uerum etiam, opinor, illae quae siglo **Ad**$^{\chi}$ a me insigniuntur. **Ad** enim crassis erroribus scatet, unde colligitur Ademarum suam fabularum anthologiam non quidem ex duobus concinnasse fontibus, sed oscitanter exscripsisse ex uno codice nunc deperdito. Audi Thiele 1905, 38, cui assentior: “für den Inhalt oder auch die Redaktion des Aesopus [scil. fabularum Aesopiarum quae in **Ad** insunt] ist die Person des Schreibers durchaus irrelevant, da zahlreiche grobe Missverständnisse in Text ... beweisen, dass das ganze Stück so, wie es ist, aus einer älteren Handschrift unverändert übernommen wurde.”

96 Cf. Zago 2016, 5 sqq.

97 **Ad**$^{\mathbf{Ph}}$ denoto fabulas quae a solo **Ph** manauerunt, **Ad**$^{\mathbf{Ph}\chi}$ fabulas quae ‘Phaedri soluti’ textum contaminatum praebent lectionibus codicis **χ**, **Ad**$^{\chi\mathbf{Ph}}$ fabulas ubi textus recensionis **χ** interpolatus est ex **Ph** (uide quae in praecedenti capite scripsi). **Ad** Thiele separatim edidit a. 1905, una cum **T** a. 1910.

98 Cf. Zago 2016, 23 sq.




VI
DE EXEMPLARI α

Codex **λ** et paraphrasis **T** originem duxerunt ex eodem Phaedri fabularum exemplari (= **α**). Haec cognatio apparet ex tribus erroribus[99]:

2, 6, 8	*opimam sane praedam* **P** (ubi *opimam* ex *opinam*) **ρ** : *opimam inquit praedam* **N** : *optimam inquit ... praedam* **T**
2, 8, 22	*praesepia* **V** (legi nequit **N**) **T** **Ad**$^{\chi Ph}$, contra metrum : *praesepe* **P** (ubi *pre-*) **ρ**, recte
3, 12, 5	*pristinum* **N T** : *maximum* **Pρ**, recte (cf. Önnerfors 1987, 452).


Vnus uersus (5, 24, 16, ubi uide adn.) satis abundeque demonstrat **T** e **λ** non fluxisse. In **α**, puto, uu. 1–4 Phaedri carminis de statua Aesopi (2, 9) legebantur tamquam poema per se absolutum: cf. supellectilem criticam meam.




99 Cf. Zago 2017, 356 sq.

VII
DE CODICE **ν**

Fabula de uulpe et coruo (uide, sis, quae adnotabo ad 1, 13, 10 et 12[100]) demonstrat **D** et **Ph** ex eodem Phaedri codice (= **ν**) fluxisse, nisi forte de contaminatione cogitare mauis.



Codex **ν** ex **α**, opinor, manauit; quod colligi potest[101] ex 1, 2, 18: *euocat* **Pρ**, recte : *aduocat* **Ad**$^{\mathbf{Ph}}$ **κ** : *uocat* **W** : *uocat ad* **W**^{2}.




VIII
DE ARCHETYPO

Ex uno eodemque archetypo (= **φ**), ante **Π** exarato, pendent **α** et **δ**, ut demonstratur nonnullis erroribus:

1, 19, 5	*deinde* **PR**$^{?v}$ **D Wχ**, ἀμέτρως : *dein* **D**^{c} **r**, bene
1, 19, 6	*admonuit* **PR**^{v} **D**, male : *admouit* **D**^{c}, recte (uide, sis, Zago 2015, 106)
1, 19, 9	*coepit illa* **PR**$^{?v}$ **D** (*illa coepit* **χ**), metro inuito : *coepit* **D**^{c} (uide Zago 2015, 106) **r**
3, 14, 9	*Aesopus* **PR**^{gv} **λ** (uide Zago 2015, 76), contra metrum : *sophus* F. Pithou apud Rigaltium 1599 : *senex* Iannelli 1809

100 Cf. etiam Zago 2017, 356 sqq.
101 Cf. Zago 2017, 360.

3, 17, 8 *narrauit* **PR^{v}** **λ** (uide Zago 2015, 75), inepte : *narrabit* Pithou 1596, optime



Hic liber archetypus post 1, 13, 12 prae se ferebat epimythium spurium *hac re probatur quantum ingenium ualet; / uirtute semper praeualet sapientia* (de quo lector uideat quae ad locum adnotabo), et duplices lectiones exhibebat: 3, 17, 4 *Cybebae Neptuno*[102]; 2, 6, 1 *tutus munitus* (cf. apparatum meum); 3, 6, 7 (ubi uide adnotata) *ora lora.*

IX
DE ORDINE FABVLARVM

Appendicis Perottinae carmina a me edita sunt eodem quo in **N** se excipiunt ordine[103]; cetera ordine quem **δ** exhibebat, qui ordo ex consensu codicis **P** et testium codicis **R** eruitur. Maximam tamen mutationem adhibui. In **δ** Phaedri carmina legebantur in quinque libros diuisa, omissis subscriptione libri quarti et inscriptione quinti, cuius tamen libri subscriptionem **δ** seruabat, ut ex **R^{v}** patet[104]. In **δ** tertii libri epilogus alieno loco exstabat[105], id est post 4, 24[106]

102 Cf. Zago 2015, 75.

103 Sed in **N**, aliter atque in editione mea, app. 5, 1–22, app. 5, 23 sq., app. 30, 13–29, app. 30, 1–12 leguntur tamquam peculiaria ac per se absoluta carmina; uide supra, adn. 69.

104 PHAEDRI AVG(VSTI) LIBERTI LIBER QVINTVS EXPLICIT FELICITER **R^{v}** (om. **P**).

105 Vt colligere licet ex **P** et **R^{v}** libri tertii subscriptionem et libri quarti inscriptionem **δ** post 3, 19, 12 (ubi uide adnotata) praebebat.

106 Carmen quod in **δ** post 4, 24 exstabat esse epilogum tertii libri satis indicant ipsa materia et sequens carmen, quod procul dubio libri quarti prologus est (uide quae mox dicentur).

(5, 25 in editione mea[107]); post libri tertii epilogum in **δ** inueniebatur libri quarti prologus[108]. Post hunc prologum in **δ** sese excipiebant sex carmina, quae libri quarti epilogus[109] sequebatur. Inde a Broterio[110] uiri docti epilogum libri tertii et prologum libri quarti in locum iis proprium restituerunt, libri quarti epilogum ante poema quod uersu *Aesopi nomen sicubi interposuero* incohatur (4, 27 in **δ**; 4, 1 apud me[111]) reiecerunt[112]; ceterorum carminum codice **δ** traditorum ordinem non mutauere. Equidem censeo non modo tertii libri epilogum et quarti libri prologum epilogumque traiciendos esse, uerum etiam carmina quae **δ** exhibebat inter prologum atque epilogum quarti libri; quae carmina, mea quidem sententia, cum prologo epilogoque reliquiae sunt quae supersunt libri quarti. Has reliquias, praeeunte libri tertii epilogo, in codice deperdito quem **θ** uoco, siue is pater fuit codicis **δ** siue auus siue proauus, fortasse continebat binio errore bibliopegi male collocatus. In codice **θ** scripti erant, ut mea fert opinio, tituli in summa quaque pagina; quod si uerum est, in margine superiore paginae quae in 3, 19, 12 desinebat legebatur PHAEDRI AVG(VSTI) LIBERTI LIBER III aut simile quiddam, in margine superiore insequentis paginae PHAEDRI AVG(VSTI) LIBERTI LIBER V. His titulis perlectis et pensitatis scriba codicis **δ** credidit, mea quidem sententia, illud

107 4, 25 apud Müller 1867 et Postgate 1920; 4, 26 apud Müller 1877 (cf. Müller 1875, 18), Perry 1965, Guaglianone 1969. Aliarum editionum numeros enotare minime necessarium est.

108 Cf. 4 prol. 10–14 *Particulo … quartum libellum dum uacabis perleges.*

109 Cf. 4 epil. 5 *Particulo.*

110 Brotier 1783, 139; 143; 161.

111 5 prol. apud Müller 1867 et 1877, Postgate 1920, Perry 1965, Guaglianone 1969.

112 Putant enim editores fere omnes, duce Pithoeo (Pithou 1596, 60), poema quod incipit uerbis *Aesopi nomen sicubi* prologum esse libri quinti. Equidem credo libri quinti prologum cum libri quarti subscriptione et inscriptione libri sequentis periisse, nam dicatus esse debebat Phileto cuidam, qui in fabula de cane et uenatore (4, 38 in **δ**; 5, 30 in editione mea; 5, 10 apud Müller 1867 et 1877, Postgate 1920, Perry 1965, Guaglianone 1969) memoratur nec usquam alibi in Phaedri quae supersunt carminibus. Veri simile est fabulam de cane et uenatore ultimum carmen fuisse libri quinti qualem Phaedrus ipse emiserat; hanc fabulam in **δ** libri quinti subscriptio sequebatur (cf. supra, adn. 104).

LIBER V errore positum esse pro LIBER IV et Phaedri librum tertium narratiuncula de Aesopo et garrulo (3, 19) finitum; subiecit igitur huic narratiunculae subscriptionem libri tertii et inscriptionem quarti. An libri tertii subscriptionem et libri sequentis inscriptionem codex **θ** legitimo loco exhibuerit nescimus. Si **θ** exhibebat eas puto librarium codicis **δ** deleuisse tamquam alieno loco iniectas[113].

Procul dubio iam **φ** quinque libros fabularum continebat, nam quinque libros Phaedrum scripsisse testatur Auianus in epistula ad Theodosium (uide supra, adnn. 2 et 10).

Omnium Phaedri carminum codicibus **P** et **R** traditorum ordinem Havetus[114] turbauit sine iusta causa, argumentis infirmissimis usus, quorum grauissimum hoc est: contendit uir ille doctissimus[115] prologum libri tertii[116] constare ex partibus duabus, priore uersus 32 continente, altera uersus 31. In priore parte, ait Havetus, alloquitur poeta Eutychum, hominem intentum *lucro* (u. 26) et occupatum *negotiis* et *officiis* (u. 2; u. 5), qui uix per ferias ad legendum possit inuenire tempus. Hunc hominem, putat Havetus, Phaedrus a *limine Musarum* (u. 16) deterret, eoque parum litteratum esse atque immemorem studiorum puerilium significat, quod dubitat lecturusne ille sit librum *honori et meritis suis* (u. 30) dicatum. Valde diuersa, opinatur Havetus, leguntur in alterius partis exitu: primum *induxi te ad legendum* (u. 62) dicit Phaedrus, qui, inquit Havetus, reuera Eutychum non induxit, sed potius a legendo deterruit; deinde alloqui uidetur Phaedrus non hominem indoctum, alterum Trimalchionem, qualem Eutychum Havetus putat fuisse, sed alterum Particulonem (cf. 4 prol.; 4 epil.), cuius approbatio pro laude sit. Alium igitur Havetus credit esse illum Eutychum ad quem pars prior prologi derigitur, alium hominem anonymum ad quem pars altera. Ergo Havetus censet partem prologi posteriorem (uu. 33–63) abiudicandam esse a libro tertio et libri secundi epilogo adiungendam. At, pace Haveti, Phaedrus in libri


113 Deerant in **δ** etiam subscriptio libri secundi et inscriptio tertii, quas an **θ** praebuerit incertum.

114 Havet 1895, 225 sqq.

115 Havet 1895, 225–228.

116 *librum exarabo tertium* (3 prol. 29).

tertii prologo Eutychum non uult a legendo deterrere, sed ad legendum inducere lucro ac negotiis postpositis docto labori, ita ut *liber animus* sentire possit *uim carminis* (u. 3)[117]!



X
DE RE METRICA IN PHAEDRI SENARIIS

Elegans fuit in uersibus pangendis Phaedrus et metri scientia admodum conspicuus. Eius artem uersuum primus introspexit Richardus Bentley, qui anno 1726 in appendice Terentii sui edidit Phaedri fabellas notis criticis instructas. Bentleius quo erat singulari acumine ingenii haud pauca uulnera siue a librariis siue ab editoribus metro inflicta medicatus est; Phaedrum tamen cum quadam festinatione pertractauit, qua de causa in Phaedro edendo non talem se praestitit qualem ex aliis editionibus, imprimis Manilii Astronomicon et fragmentorum Callimachi, cognouimus[118].

Post Bentleium et Langenum[119], egregie operam in Phaedri senariorum legibus exponendis nauauerunt Lucianus Müller[120], uir si quis alius rei metricae poetarum Latinorum peritus, et Ludouicus Havet, cuius disquisitionem de uersificatione Phaedriana[121] nec

117 Vandaele (1897, 79 sqq.), Haveti discipulus, turbas Havetianas nouis turbis cumulauit; Herrmannianas ineptias (Herrmann 1950, 5 sqq.) nihil moror.

118 Cf. Hartman 1890, 80 sqq. In Phaedro emendando Bentleius fere contentus fuit correctionis rationem uno uerbo indicasse, nonnumquam ne uno quidem. Nescio an non recte Muellerus putauerit uirum illum doctissimum leges Phaedri uersuum sensu magis quam ratione percepisse (cf. Müller 1877, IX).

119 Langen 1858.

120 Müller 1861, 411 sqq.; 1867, VIII sqq.; 1875a; 1877, IX sqq.; 1894, 524 sqq.

121 Havet 1895, 147 sqq.

annorum series nec fuga temporum abolere poterit. Havetus enim ea quae Muellerus de Phaedri arte metrica tamquam ex tripode oracula pronuntiauit, omnia diligenti examini subiecit et nouas quasdam Phaedri obseruantias detexit.

In rebus metricis diiudicandis Havetum ducem sumpsi, cui in omnibus assentior, nisi quod puto Phaedrum nec semipedes quales *mă(le) ăit*, *nĕ(que) ĕnim*, *quĭ(a) ăpud te* admisisse[122], nec uersus scripsisse qualis *lauationem argenteam eunuchos glabros* (5, 5, 22); qui senarius mihi claudicare uidetur deficiente caesura[123]. Praeterea Havetus perperam contendit Phaedrum nusquam quintum pedem senarii in breui incidisse[124].

XI
DE PRAECIPVIS TEXTVS EDITIONIBVS ET CRITICIS COMMENTATIONIBVS

Phaedri editionum prelo expressarum quamquam numerus prope infinitus est, tamen quae alicuius momenti sint ad eius fabellas emendandas, admodum paucae exstant. Editio princeps prodiit Au-

122 Vt idem aliis uerbis dicam, Phaedri senarius, puto, nusquam admittit semipedem qui constet ex uocula bisyllaba elisa ac syllaba uocis sequentis initiali. Aliter sensit Havetus. Cf. Havet 1895, 160; Zago 2016a, 101 sqq.

123 Omnis Phaedri uersus inciditur aut post semipedem quintum aut post septimum aut post utrumque. In senariis quales sunt *seductus in secretum a liberto est suo* (3, 10, 11), *nouissime prolapsam effundit sarcinam* (3, 15, 6), *ipso ludorum ostenderet sese die* (5, 27, 19) caesura non post syllabam elisam agnoscenda est, ut Havet 1895, 151 uoluit, sed post praepositionem; praepositio enim per caesuram ipsam a sequenti uoce separatur (*a* | *li-*, *ex* | *fun-*, *ob* | *tend-*); *argenteam* uero dissecari nullo modo potest nec de elisione in caesura semiquinaria cogitare licet, nec de caesura semiseptenaria ante syllabam elisam collocata: neutram enim usquam alibi apud Phaedrum inuenies. Censeo igitur uersum *lauationem argenteam eunuchos glabros*, qui sanus Haveto uisus est, emendandum esse: uide, sis, Havet 1895, 151 sqq.; Zago 2016a, 109 sqq., ubi diu huic quaestiunculae immoratus sum.

124 Cf. Havet 1895, 179 sqq.; Zago 2016a, 127.

gustobonae Tricassium anno 1596[125], curante Petro Pithou, excudente typographo regio Io. Odotio. Nititur illa codice **P**, a Francisco Pithou, Petri fratre, reperto[126]. Petrus Pithou uersus legitime distinctos edidit[127] et menda permulta codicis **P** suo Marte sustulit. **D** primus adhibuit Rigaltius, qui meditans Phaedri editionem quam emissurus in lucem fuit Lutetiae Parisiorum anno 1599, cum **P** tum **D** contulit[128]. Post aliquot annos idem uir doctus Phaedri libellos denuo recognouit[129], non modo codice Pithoeano ac uetere

125 Sed per Perottum iam pridem duae Phaedri fabulae innotuerant. Nam Perottus, ut supra memoraui cum de codice **U** disserui, in 'Cornu copiae' Phaedr. 3, 17 et app. 4 protulerat; fecerat tamen insignem fucum uiris doctis: praemiserat enim narratiunculae de arboribus in deorum tutela uerba quibus eam iactabat se "adulescentem ex Auieno in fabellas suas iambico carmine transtulisse"; fabulam autem de Mercurio et duabus mulieribus mentitus erat "adulescentem ex Phaedro lusisse", quasi ipse Phaedrianos uersus paraphrasi metrica uertisset; non potest tamen dubitari quin narratio de Mercurio et duabus mulieribus qualem **MNU** exhibent tota Phaedriana sit, nam eius ars metrica tam similis Phaedri est quam aqua aquae; Perottus uero legum Phaedri senariorum ignarissimus erat (cf. Iannelli 1811a, LXXXVIII sqq., Müller 1875, 12 sq.; Havet 1895, 59 sqq.; Boldrini 1991; uide, quaeso, etiam quae infra dicentur de app. 1 nec non quae scripsi in adn. 70). 'Cornu copiae', cuius editio princeps prodiit anno 1489, saepenumero typis mandatum est ante a. 1596 (cf. Pade 2014). Omnes editiones ex **U** pendent, ubi Phaedr. 3, 17 legitur f. 644r, app. 4 f. 126r–u. Fuerunt qui contenderent Perottum aetate prouectiorem oblitum esse ueri auctoris fabulae de arboribus in deorum tutela. Credat Iudaeus Apella, non ego.

126 Cf. Hervieux 1893, 38 sqq.; Robert 1893, XXVII. Petrus Pithoeus Francisco fratri editionem suam Phaedri fabularum dicauit, cf. Pithou 1596, 3 sq. "reddo tibi, Frater, pro nouellis constitutionibus Imperatoris, ueteres fabellas imperatorii liberti … Cuicui uero ille alapas et libertatem debuerit, tibi certe, Frater, iam uitam debet, quam temporis iniuria paene sepulto exemplaris a te reperti beneficio restituere conatus sum. Ita tu patronus Phaedro *eqs.*"

127 Vt supra dixi (§§ I et II), in **P** (sicut in **R**) sublata est legitima uersuum distinctio.

128 Cf. Orelli 1831, 11; Hervieux 1893, 47 sq.; 57; 100 sqq. Quod ad **D** attinet cf. quae Rigaltius ipse scripsit: "fabulas aliquot cum V. Cl. P. Danielis chartula calamo exarata collatas habeo" (Rigault 1599, 12 sq.).

129 Rigault 1617. Haec editio recusa est anno 1630 paucis mutatis.

Danielis chartula fretus, uerum etiam codice **R**, quem Rigaltio "ex Remensi bibliotheca cura Jacobi Sirmondi deprompserat"[130].

Codicis **N** uarias lectiones nonnullas ad Phaedri fabulas iam ex **P** ac **R** notas (cf. supra, § III) pertinentes publici iuris primus fecit, aliquot animaduersionibus interiectis, Petrus Burmannus in praefatione ad Phaedri fabularum editionem quam Leidae anno 1727 imprimendam curauit; quas lectiones ex **N** excerpserat et Burmanno suppeditauerat Jacobus Philippus D'Orville, qui codicem **N** Parmae in librario Farnesiorum thesauro delitescentem offenderat eiusque pretium agnouerat[131]. Praeterea Burmannus, codicis **N** specimine nisus quod Dorvillius sua ipsius manu "summa cum cura et superstitiosa diligentia"[132] descripserat et ad ipsum transmiserat[133], primus edidit fabulam de uulpe et simia (app. 1), quam

130 Haec uerba leguntur in epistula Jac. Aug. Thuano quam Rigaltius editioni anni 1617 praemisit. Lectiones codicis **R** a Rigaltio ipso laudatas in notis quae ad calcem eiusdem editionis reperiuntur, siglo $\mathbf{R}^{\mathbf{R}}$ in apparatu meo insigniui (uide quae supra, § II, de testibus codicis **R** disputaui). Rigaltii notae et epistula Jac. Aug. Thuano repetitae sunt in editione anni 1630.

131 Cf. Andrés 1808, 450; Iannelli 1811a, III sqq.; Hervieux 1893, 111 sqq.; Boldrini 1988, 32 sqq. Dorvillius "Placentiam initio anni subsequentis uigesimi septimi peruenit, unde Parmam pergit ut illic pretiosissimas Ducis Parmensis gazas, nummos, inscriptiones, picturas ueteres, libros MSS. optimae notae, praesertim Graecos, uideret: in quibus conspiciendis totos quinque dies summa cum uoluptate consumpsit" (Burman iun. 1751, 26).

132 Haec uerba desumpsi e Burmanni praefatione (quae numeris paginarum caret) ad Phaedri editionem anni 1727.

133 Lectiones codicis **N** a Burmanno 1727 publici iuris factas in apparatu meo denotaui siglo $\mathbf{N}^{\mathbf{b}}$. Burmanni correctiones ad Appendicem, quam uocant, Perottinam ab ipso non editas, sicut emendationes a Jacobo Philippo D'Orville cum Burmanno communicatas sed ab hoc non relatas, hic illic in apparatu laudaui ex Eichstadii libello qui hunc titulum prae se fert: "Noui Prorectoratus auspicia die 8 Februarii 1812 rite capta ciuibus indicit Academia Jenensis. Insunt Phaedri quae feruntur fabulae 32 in Italia nuper repertae nunc primum in Germania editae adjunctis Dorvillii et Burmanni emendationibus" (= Eichstädt 1812). Eichstadius denuo excudi iussit fabulas Appendicis, ut aiunt, Perottinae, quas, pridem a Dorvillio in usum Burmanni descriptas, Johannes Antonius Cassitto (de quo mox dicetur) anno 1808 primus prelo mandauerat. Eas in suum apographi Dorvilliani Perottini codicis exemplum Burmannus

a Perotto ex Phaedro concinnatam esse perperam pronuntiauit[134], nec non Perotti prologum ad Pyrrhum nepotem, ubi plurima ex Phaedro deriuata reperiuntur[135]. Iam tum codex **N** ita madore corruptus erat ut locis multis omnino legi nequiret. Audi Burmannum de libro Perottino loquentem: "parum diligenter seruatus codex ex aqua, forte per rimas tecti destillante, uel alio humore, uitium contraxerat ita ut media magnam partem chartae area uel nullas uel euanescentes literas ostenderet."[136]

Anno fere decimo, ex quo a Dorvillio repertus erat[137], codex **N** ex urbe Parma cum reliquis Farnesiorum libris hereditario iure

transcripserat; quod exemplum, nunc deperditum, ex Henrici F. Diez bibliotheca Ferdinandus Hand acceperat; Handius inde exscripsit Dorvillii et Burmanni in Appendicem Perottinam obseruationes et obtulit Eichstadio, qui iis in libello suo uteretur. Teste Eichstadio in Burmanni exemplo duae fabulae Appendicis Perottinae deerant (app. 24 et 25). Animaduersiones Dorvillii et Burmanni ab Eichstadio publicatae repetitae sunt in Christiani D. Beck commentatione "de Longi Pastoralium et Phaedri fabularum recens inuentis supplementis" (= Beck 1812). Putabat Burmannus, ut uidetur (cf. Eichstädt 1812, ɪᴠ), omnes Appendicis Perottinae fabulas pseudophaedrianas esse.

134 Pace Burmanni fabula de uulpe et simia tota Phaedriana est, ut ceterae Appendicis quae dicitur Perottinae, nam carmina iambica Perotti habemus et probe scimus uirum illum alioquin doctum et eruditum, elegorum scriptorem haud spernendum, ne unum quidem senarium iambicum rectum et legitimum pangere ualuisse. Cuius rei in exemplum ex **N** describere sufficiet uersus unde incipit Perotti prologus ad Pyrrhum nepotem (uide adn. sequentem): *non sunt hi mei quos putas uersiculi, / sed Ạẹsopi sunt ⟦et⟧ Auieni et Phedri / q⸤uos⸥ collegi ut essent, Pyrrhe, utiles tibi / tuaque causa legeret posteritas / q⸤uas⸥ aedidissent uiri docti fabulas. / Honori et meritis dicaui illos tuis, / sẹpe uersiculos interponens meos / quasdam tuis quasi insidias auribus, / solet quippe iuuar⟦a⟧e ista uarietas* (quae uncis dimidiatis inclusi sunt in **N** prorsus euanida; ex **VN**[obi] lacunas expleui. Interpungendi signa de meo addidi). Cf. supra, adn. 125.

135 Prologus ad Pyrrhum f. 15r–u codicis **N** continetur.

136 Hoc legitur in praefatione Burmanniana supra laudata (cf. adn. 132).

137 Sylloges fabellarum Perottinae exemplar quod ex **N** Dorvillius sua ipsius manu Parmae descripsit nunc Oxonii in bibliotheca Bodleiana asseruatur (ms. D'Orville 524). Hoc primus adhibuit in Phaedri textu edendo Antonius Guaglianone (Guaglianone 1969, xv sqq.; cf. etiam Boldrini 1988, 66 sqq.); ipse denuo contuli, imaginibus phototypicis usus, et siglo **N**[o] in notis criticis significaui (cf. § III).

translatus est Neapolim, ubi in arca sepultus iacuit donec Johannes Andrés, bibliothecae regiae praefectus, eum iterum ex tenebris protraxit[138]. Fabulas quae, cum in **P** non exstent, hodie sub nomine Appendicis Perottinae feruntur, primus ex **N** in lucem protulit Johannes Antonius Cassitto anno 1808[139]; anno 1811 easdem, una cum 33 fabulis iam pridem notis, ex eodem codice Cataldus Iannelli edidit, reliquias litterarum quae paene euanuerant diligentius rimatus[140].

Post aliquot annos Angelus Mai, qua semper utebatur fortuna, in bibliotheca Vaticana integerrimum codicem **V** detexit et ex eo fabulas Appendicis Perottinae edidit in 'Auctorum classicorum' tomo tertio[141]. Vt iam dixi (§ III), **V** descriptus est ex **N** nondum per madorem situmque pessumdato; lacunae igitur codicis **N** certis supplementis ope codicis **V** sarciri commode potuerunt. Maius tamen fabularum dudum uulgatarum omnino nullam habuit

138 Cf. Andrés 1808, 450.

139 Editio quoque Cassittiana anni 1811 digna memoria est.

140 In fronte huius editionis, quam 'Iannelli 1809' cito, notatur annus 1809; in calce tamen praefationis legitur "Ex Regia Bibliotheca Idibus Februarii 1811". Nam Iannellius editionem suam priorem, quamquam 1809 excusam, eodem anno in uulgus emisit quo Prolegomena (= Iannelli 1811a) et editionem alteram, ubi post extrema praefationis uerba hanc notam chronicam inuenies: "E Regia Bibliotheca Kal. Martiis 1811". Cf. Hervieux 1893, 116 sqq., ubi fuse agitur de acerrima controuersia inter Iannellium et Cassittum orta. Vterque enim laudem sylloges Perottinae inuentae ad se trahebat.

141 Mai 1831, 278 sqq.; pp. 307 sqq. eiusdem tomi Maius ueterem Danielis chartulam (= **D**) denuo excussit et totam lectoribus exhibuit ita ut editio instar codicis esset. In textu tamen transcribendo uel in plagulis de prelo corrigendis Maius non semper usus est qua decebat diligentia. Vnum dabo exemplum: in **D** libri primi inscriptio (uide, quaeso, adnotata ad 1, 11, 2) sic habet: PHEDI AVG(VSTI) LIBER I AESOPHIARV(M) INCIP(IT) FELICITER. Exemplar Maianum Danielis chartulae, quale typis expressum est, p. 310 pessime exhibet PHAEDRI AVG. I. AESOPIARVM INCIPIT FELICITER.

curam; Luciani Müller in usum eas primus contulit circa finem a. 1874 Ludouicus Mendelssohn[142].

In editione anni 1831 et in supplemento editionis anno proximo in lucem prolato Johannes Casp. Orelli primus Phaedri fabularum libros quinque et Appendicem, quam uocant, Perottinam apparatu tali instruxit ut paene integra repraesentarentur quaecumque de diuersis lectionibus codicum **PRDNV** tradita essent (Orellius enim codices ipsos non uiderat, sed aliorum collationibus uti necesse habebat)[143].

In Phaedri textu constituendo ipse primus **M** adhibui.

De Phaedri scriptis emendandis uel explicandis bene meruerunt hi editores: Pithoeus, Rittershusius, Rigaltius[144], Schefferus[145], Jo. Fred. Gronovius[146], Burmannus[147], qui, etsi peritia metrorum destituti, tamen Phaedri lectione satis imbuti erant et Latine, hercle, sciebant; ideo multa uitia in Phaedri fabulis latentia sustu-

142 Müller 1877, xxi. Mira neglegentia Mendelssohnius omisit 2, 7; 5, 20; quae carmina in **V** primus contulit Hervieux (cf. Hervieux 1894, 91; 106); apographum codicis **V** quod sibi faciendum curauerat Hervieux cum Haveto communicauit (cf. Havet 1895, xiv).

143 Codex **P** post uaria fata iure hereditario peruenerat in bibliothecam Ludouici Le Peletier de Rosanbo, Gallici Marchionis, filii Senatus Parisiensis praesidis (cf. Hervieux 1893, 55 sqq.; Robert 1893, xxxi sqq.); eius lectiones Orellius desumpsit ex copiis Iulii Berger de Xivrey, qui, Ludouico Le Peletier de Rosanbo concedente, anno 1830 Phaedri fabulas ediderat textu codicis Pithoeani tum primum integre in lucem prolato adiectaque uarietate lectionis codicis **R** a Vincentio olim enotata (= $\mathbf{R}^{v}$). Ante Bergerum codicem **P**, praeter Pithoeum et Rigaltium, supra laudatos, inspicere ac conferre potuerant Jacobus Bongars (cf. Orelli 1831, 11; 25 sq.; Hervieux 1893, 48 sqq.; 57) et Broterius, quocum “egregium illud antiquitatis monumentum pro sua humanitate ... communicatum uoluit illustrissimus Le Peletier de Rosanbo, Senatus Parisiensis praeses” (Brotier 1783, vi); nemo tamen uniuersam lectionis uarietatem ex eo accurate deprompserat. Quod ad Gudium attinet uide supra, adn. 55.

144 Pithou 1596; Rittershausen 1598; Rigault 1599; 1617; 1630.

145 Scheffer 1673 (haec est tertia Phaedri editio Schefferiana, quae mihi semper praesto fuit; duas priores, in lucem emissas alteram anno 1663, alteram anno 1666, non uidi).

146 Jo. Fred. Gronovii editio Phaedrianarum fabularum post ipsius obitum prodiit Amstelaedami anno 1703 curante Jacobo filio.

147 Burman 1698; 1718; 1727; 1728.

lerunt, multos locos praeclare explicarunt. De Bentleii editione in praegresso capite dictum est. Prae ceteris editoribus recentioribus laude digni sunt Lucianus Müller et Ludouicus Havet[148]. Ante Muellerum enim omnes praeter Bentleium in rebus metricis diiudicandis caeci fuerunt[149]; de qua laude nihil detrahitur, si quibus coniecturis minime necessariis Muellerus indulsit. Quod uero ad editionem Haveti attinet, ut multa sunt quae uir ille doctissimus male administrauit sua ipsius subtilitate deceptus[150], ita multa ipse primus deprehendit menda quae effugerant hebetioris mentis homines[151]; nam Havetus artem criticam callebat et laeta ingenii in legibus metricis inuestigandis ubertate[152] fruebatur[153]. Praeterea

148 Müller 1867; 1877; Havet 1895. De Bothii editionibus Phaedri fabularum (Bothe 1803; 1822; 1825) haud iniuria Müller 1875, 22 sq. scripsit: "Bothius, ut plerisque scriptoribus, quos edidit, ita Phaedro aliquid praestitit utilitatis. Quamquam multo plura potuit praestare eidem, nisi necessitas festinandi nimia hic ut ubique obstitisset eius ingenio".

149 Vide quae supra (§ X) disputaui de arte uersuum Phaedri.

150 Havetus enim nimium amator fuit ingenii sui, cui malebat indulgere quam temperare.

151 Cf. Housman 1900, 467; 1920, 122.

152 De qua ingenii ubertate dixi in praecedenti capite.

153 Primus ex Phaedri editoribus Havetus uti potuit specimine integro codicis **P** quod Vlixes Robert sua manu anxie descripserat et anno 1893 ediderat. Vnum magni momenti errorem Robertus commiserat: legerat enim 1, 3, 9 *mulcatus* pro *multatus*, quod in **P** luce clarius conspicitur. Cetera menda, quae laudabilem Vlixis Robert diligentiam subterfugerant, leuissima sunt; haec fere omnia Zwierlein deprehendit, dum anno 1970 **P** denuo confert (cf. etiam Finch 1971). In codicis **P** textu transcribendo Bergerus de Xivrey (de quo uide supra, adn. 143) multo saepius quam Robertus peccauerat (permultos transcriptionis errores qui in Phaedri fabularum editione a Bergero ad fidem codicis **P** exacta inueniuntur ipse Robertus enotauit pp. XXXVI sqq.). Lectiones codicis Pithoeani e Bergeri editione Lucianus Müller in Phaedro recensendo hauserat (cf. Müller 1877, XVI sq.), nisi quod pretiosissimi libri possessor, nepotem dico Gallici Marchionis Ludouici Le Peletier de Rosanbo (cf. supra, adn. 143), ipsi siuerat paucula ex eo decerpere. Timebant Marchiones de Rosanbo ne codex Pithoeanus oculis tactuue doctorum detereretur (cf. Postgate 1920, III); postquam igitur Robertus integri textus insignis libri editionem comparauit, nemini facultatem dederunt eius inspiciendi. Hodie **P** Noui Eboraci asseruatur in Bibliotheca Morganiana, quo e scriniis Rosanboanis migrauit anno 1965 (cf. Perry 1965, CII); huius

Havetus fabulas instruxit amplissimo apparatu critico in quem doctorum coniecturas bonas prauas incredibili industria summa diligentia maximo labore undique collectas congessit. Eius igitur editio hodieque perutilis est[154].

De Phaedri editione Oxoniensi quam Johannes Percival Postgate anno 1920 protulit audi Housmannum[155]: "Dr Postgate's is a purer text of Phaedrus than Lucian Müller's and could hardly fail to be a purer than Mr Havet's; and the reason of its superiority is partly that he has used better judgment in choosing among the lections at his disposal, and partly that he has imported fewer novelties of his own. A simple way to purify the text still further would be to remove those novelties: not that all of them are improbable or injurious, but most of them are, like most of Müller's and Mr Havet's; and although Dr Postgate's conjectures do less harm than the former's and much less than the latter's, they also do less good."

Recensionem Postgatii repetiit paucis in melius mutatis Perry anno 1965[156]. De subsequentibus editionibus satius silere puto, quoniam eae "may quite safely be ignored"[157] et tempus alio properare monet. Restat enim ut mentio fiat nonnullorum qui, quamquam Phaedri fabulas numquam ediderunt, tamen eas a multis librariorum peccatis et editorum inanibus coniecturis emendarunt. In hoc numero fuere Franciscus Guyet[158], Nicolaus Heinsius poe-

praeclarae bibliothecae custodes imagines codicis phototypicas uiris doctis rogantibus numquam denegarunt.

154 Coniecturarum bonarum malarum doctorum indoctorumque largissima silua inest etiam in editionibus Burmanni et Schwabii (Burman 1698; 1718; 1727; 1728; Schwabe 1806).

155 Housman 1920, 121.

156 Phaedri fabulas aliquot Perry iam ediderat pleniore adnotatione critica instructas anno 1952 in spisso et splendidissimo uolumine quod inscribitur "Aesopica".

157 Goodyear 1972, 50; uide etiam Zago 2015, 53; 2016a, 101.

158 Adnotationes in Phaedrum quas Guietus (mortuus a. 1655) exemplari suo editionis Rigaltianae anni 1630 ascripserat impressae sunt in calce Phaedri editionum a Scheffero in lucem emissarum (de quibus uide supra, adn. 145). Has adnotationes Emericus Bigotius Parisiis miserat ad Nicolaum Heinsium, qui cum Scheffero communicaret. De acumine Guieti ingenii cf. Wilamowitz 1921, 27.

tarum Latinorum sospitator[159], Marquardus Gude[160], Franciscus Hare[161], Alfredus E. Housman[162], cuius laus maior fortasse fuit in tutandis lectionibus et coniecturis iis quae cum bonae essent iacerent, quam in nouis excogitandis.

XII
DE HAC EDITIONE

Textui singulorum carminum quae ex **δ** in **P** ac **R** defluxerunt praemisi titulos quos **δ** uidetur exhibuisse. Paginas editionis meae dum euoluis, lector, eos inuenies uncis quadris inclusos, quippe qui a Phaedro prorsus alieni sint[163]. Quis enim credere possit talia quale est POETA DE CREDERE ET NON CREDERE[164] ab antiqui scriptore temporis profecta esse? Procul dubio spurii sunt etiam tituli quos

159 Heinsii (mortui a. 1681) animaduersiones in Phaedri fabulas partim uulgauit Schefferus in editionibus suis, quarum ego tertiam tantum uidi (cf. supra, adn. 145), partim Burmannus e marginibus Phaedri exemplaris quo Heinsius usus olim erat descripsit et in lucem primus protulit in sua fabularum Phaedri editione anni 1698. Multas coniecturarum in Phaedrum suarum Heinsius cum Scheffero communicauerat per epistulas quae, una cum Schefferi responsoriis, legi possunt initio tomi V sylloges epistularum a uiris illustribus scriptarum Burmannianae (= Burman 1727a). Quamquam Heinsius nimiam sibi in deprauatis Phaedri locis sanandis licentiam sumpsit (nam quod inter legendum menti ipsi occurrebat, exemplaris sui marginibus ascribebat et cum Scheffero communicabat), haud paucos tamen errores sagaciter detexit et sustulit.

160 Gudii (mortui a. 1689) adnotationes publici iuris factae sunt in editione Burmanniana anni 1698. Vt iam supra (adn. 55), de **R**? agens, memoraui, in praefatione testatur Burmannus Gudium coniecisse notas suas in margines quattuor Phaedri editionum et in schidas minutissimas quae, cum Burmannus eas peruestigabat, partim lacerae et mutilae partim putredine exesae uix litterarum uestigia saepe exhibebant.

161 Francisci Hare epistula critica in qua omnes Bentleii in Phaedrum emendationes et notae expenduntur subiecta legitur ad calcem editionis Burmannianae Phaedri fabularum anno 1727 impressae.

162 Housman 1900; 1906; 1920.

163 Cf. Eyssenhardt 1867, 4; Müller 1875, 25 sq.

164 Haec uerba, quae primorum medii aeui saeculorum barbariem redolent, in **δ** inscribebantur decimo carmini libri tertii.

D praebet; nam quod in margine huius codicis tituli instar fabulae de oue, cane, lupo[165] ascribitur CANIS AD OVEM LVPVS TESTIS COMMODASSE CONTENDIT uix erit, opinor, qui putet a Phaedro ipso confictum esse. Carminibus autem Appendicis Perottinae praefixi inscriptiones quae in codice **N** singulis narrationibus praeponuntur[166]; eas quoque uncis quadris circumdedi.

In textu Phaedriano constituendo permulta nouaui, uel ope codicis **M** nuperrime detecti uel meo Marte uel alienis medelis adhibitis: conatus enim sum librariorum atque editorum menda quot potui sanare et Phaedrum non quidem omnino emundatum – id quod non licet, quippe quoniam scribarum stupore atque inscitia aliquot uersus tam foede inquinati sunt ut ne uiris quidem summi ingenii ad pristinum splendorem restitui posse uiderentur[167] – sed semilautum et cultiorem tibi praebere, candide lector. Sat multa me fugisse et alicubi me errasse pro certo habeo; malui tamen Mineruam meam, quamquam pinguem, uel per auia et praecipitia sequi quam quae uix tolerabilia essent ferre.

Promythia siue epimythia fabularum fuerunt qui putarent aut omnia aut plurima a posteris inuito Phaedro assuta[168]. Equidem

165 Huic narratiunculae (1, 17) **δ** exhibebat inscriptum OVIS CANIS ET LVPVS.

166 In **N**, ut antea (§ III) dixi, carminibus Phaedrianis praefiguntur partim promythia siue epimythia metrica Phaedri loco suo mota, obtruncata et pedestrem in sermonem redacta, partim tituli morales quos Perottus aut finxit ex ingenio aut hausit ex suo fonte.

167 Cf. Housman 1920, 122: “Most errors [menda scilicet explicatu facilia et omnibus scriptis communia] which can be set right with certainty have been set right already: there remains a vast deal of damage which is beyond repair. The licence of scribes who neither understood nor regarded the metre has bred such disorder that the words in the MSS are often far away from anything that the poet can have written, and editors accordingly have a large choice of possible corrections, few of which, for that very reason, will be probable.”

168 Perpende quae Hartman scripsit 1890 p. 53: “Contendo … praecepta illa moralia, quorum causa ipsae fabulae sunt narratae, siue ea promythia appellantur siue epimythia, aut omnia aut tantum non omnia a lectoribus, quorum alius alio fuit stultior ineptiorque, ficta et inuitissimo Phaedro affixa esse … Quid enim insulsius est inficetiusue quam ita scribere ut lectoribus nulla reliquatur cogitandi materies? Quis homo paulo uenustior umquam ita facetiam dixit ut simul eam explicaret et uerbis tritis obsoletisque interpretaretur?”

praeter ea pauca quorum ineptia metricaue uitiositas Phaedrum auctorem abnegat reliqua seruaui. Fateor enim pluribus sublatis nihil damni inferri poetae, sed Luciano Müller auctore[169] existimo duas causas fuisse cur Phaedrus narrationibus suis affabulationes praemitteret subiceretue, primum quod pristinum morem seruare uellet (nam qui ante ipsum fabulas Aesopias conscripserant soliti erant iis adnectere tum promythia tum epimythia[170]), deinde quod ab Horatio didicisset utile dulci miscendum esse et lectorem delectandum pariterque monendum[171].

Ex editione mea omnes eieci fabulas ut aiunt nouas. A Gudii inde tempore[172] fuerunt qui crederent triginta fere fabulas Phaedri codicibus **PRDMN** non seruatas exstare in **Ad** et in libris ex **T** oriundis, prosam in orationem conuersas; quas uiri pereruditi nonnulli alius aliter ad metrum iambicum reuocare conati sunt, ut Phaedro redderent, quantum fieri posset, quae iniuria temporis perdiderat[173]; nam, ut supra (§ I) monui, e Phaedri fabulis nonnullae (quot sciri nequit) interciderunt. Equidem non infitior in fabellis pedestri sermone conscriptis ubi uiri illi doctissimi agnouerunt Phaedri quasi umbram integros inueniri senarios aliquot Phaedro dignos et uestigia manere dictionis quam Phaedrianam suspiceris, sed nulla earum ita tradita est ut opera leui et minimis tantum mutationibus adhibitis in uersus redigi posset, nulla ita ut

169 Müller 1875, 7.

170 Ennius in Saturis (fr. 17* Bl. = Gell. 2, 29, 3) et Horatius in Epistulis (1, 10, 39 sqq.) fabulas composuerunt quae epimythia exhibent; fabellae autem promythiis instructae continentur Papyro Rylands 493, quae primo saec. p. C. n. ineunte exarata est, sed pendere uidetur e collectione fabularum Aesopiarum multo uetustiore. De hac papyro uide Roberts 1938, 119 sqq.; Hausrath 1959–1970, II, 187 sqq.; Perry 1940; 1962; 1965, xiii sqq.; Adrados 1999, 54 sqq.; 2000, 83 sqq.

171 Hor. art. 333 sq.; 343 sq.; cf. Phaedr. 1 prol. 3 sq., ubi uide, sis, adnotata.

172 Gude apud Burmannum 1698, 325 sqq.

173 Burman 1718, 367 sqq.; Dressler 1838, 131 sqq.; Müller 1877, 86 sqq.; Thiele 1910, ccix sqq.; Postgate 1920; Zander 1921. Postgatius, qui “in the attempt to reconstruct lost fables of Phaedrus from the prose of the paraphrases … has taken more pains than his predecessors and practised more self-restraint” (Housman 1920, 124), substitit in decem fabulis pedestribus Phaedro uindicandis atque eas in uersus rursus translatas edidit.

ubique clare perspiceretur quid (si modo aliquid) ex Phaedro petitum esset, quid aliunde. Nolui igitur temptare melius quam superioris aetatis critici fabulas nouas, ut uocantur, refingere, quas etiamsi prosperiore Apolline reformare possem, carminibus Phaedri non adiungerem, ne meam cum Phaedri merce arrogantius uenditarem. Quod enim periit perditum ducendum censeo[174].

Vniuscuiusque fabulae textum tribus apparatibus instruxi. In primo fontes textus inuenies. Numeris quos ad singula sigla apposui indicatur quo ordine fabulae sese excipiant. Rationem non habui carminum Auianianorum quae in **M** et **N** Phaedrianis interposita leguntur, nec Perottinorum quae **N** exhibet. Aciei siglorum ad paraphrases pertinentium praemisi tres lineas obliquas. In

174 Liceat tamen breuiter ludere et fabellam de culice et tauro (Phaedr. fab. nou. 19 Müller; 1 Postgate; 10 Zander; cf. Thiele 1910, fab. LXXXIV, p. CCXVIII) a me suis numeris redditam proponere: *Culex cum taurum prouocasset uiribus, / populi uenere ut cernerent spectaculum. / Horrendus adiit taurus; tunc paruus culex / "Satis" inquit "habeo quod uenisti comminus; / par uero tibi iudicio factus sum tuo." / Hic se per auras sustulit penna leui / lusitque turbam et tauri destituit minas; / qui si fuisset ualidae ceruicis memor, / pudendum contempsisset aduersarium, / materia ineptae nec fuisset gloriae. / Sibi famam minuit qui se indignis comparat* (superiorum tempore nostro philologorum felicia inuenta seruaui, castigaui uitiosa). Haec narratiuncula, quae sine dubio olim a Phaedro uersibus senariis conscripta est, nunc in **Ad** f. 200r ita reficta legitur: *Culex cum taurum prouocasset uiribus, uenerunt populi cuncti ut spectacula cernerent. Tunc paruus culex: "Satis" inquit "habeo quod uenisti comminus; par uero* (codex exhibet *Paru*°; compendio male soluto Thiele 1905, 52 †*paruus* edidit) *tibi factus sum iudicio tuo." Hic semper auras sustulit penna leui lusitque turba et tauri destiṭuit* (Ademarus *t* an *c* exarauerit in incerto est) *minas; quod si fuisset ualidae ceruicis memor, pudendum contempserat inimicum et ineptae matheriae non fuisset gloriatio. Quia ille sibi famam diminuit qui se indignis comparat* (textum ex codice exscripsi ne littera quidem mutata; interpunctionem meo Marte retractaui). An senarii quos hinc elicui minus probandi sunt quam ii quos indidem uiri docti prioris aetatis eruerunt? Tu, candide lector, perpende et iudica. Fabula de culice et tauro deest in libris ex **T** oriundis, exstat inter Alexandri Nequam elegos ('noui Aesopi' fab. 3; edidit Garbugino 1987, 58); utrum Alexander eam asciuerit ex quodam codice Phaedri carminum integriore quam **PRDMN** an ex nescioquo paraphrasis **Ph** teste tibi diiudicandum relinquo. Alias uberius disputabo de fabulis nouis in uersus cogendis.

T et **Ad**$^{\mathbf{Ph}}$ citandis usus sum numeris editionis Thielianae anni 1910; curuis cancellis inclusi sigla testium quorum ad fidem paraphrasin **T** ipse recognoui, quo textum trium recensionum eiusdem paraphrasis puriorem redderem. Editio enim a Thielio anno 1910 foras prolata, qua adhuc uiri docti utuntur, paene inutilis est, cum philologo illi industria insigni testes optimae notae **Fr H L** ignoti fuerint. Altero praeterea eoque graui laborare uitio editionem Thielianam puto, nam plurimis locis Thielius, mea quidem sententia, praue iudicauit de uariis lectionibus testium quibus fretus **T** recensuit, et mira constantia id quod sincerum est pro corrupto habuit. Cum enim libri uariant, si qua lectio a Phaedro propius abest quam ceterae, illam Thielius fastidit et reicit quasi ex Phaedro "reinterpolatam"[175]. Fuisse librarios qui, adhibitis Phaedri codicibus, sententias Phaedrianas a Paraphrasta (Iulio Titiano?) recoctas ita fucare et praelinere studerent ut Phaedrum eae magis redolerent quam Paraphrasta uoluisset Thielius sumpsit; id tamen nec probari potest[176] nec ueri simile est. Equidem opinor, ut alias dixi (Zago 2016), lectionem quae proxime omnium ad Phaedrum accedit germanam esse. Editionem meam paraphrasis **T** si uacabit typis imprimendam curabo.

In secundum apparatum locos similes congessi. Quot fabulae Aesopiae Graecae Phaedrianis respondent hic laudantur praeter paucas aeui sequioris[177]; quod autem ad Latinas attinet, nusquam citaui scriptorum medii aeui et renascentis antiquitatis fabulas quas apparet haustas esse non quidem ex ipso Phaedro sed ex paraphrasi **T**. Praeterea in hunc apparatum collecti sunt: a) Graecorum et Latinorum auctorum loci quos Phaedrus imitatus est in uersibus pangendis, b) antiquorum scriptorum loci qui, etsi Phaedri animo non obuersati sunt, utiles tamen uidentur ad textum intellegendum, c) alia subsidia interpretationis, d) loci scriptorum Latinorum et uulgarium qui Phaedrum (non **T**) expresserunt ante editionem Pithoeanam foras datam[178].

175 Hac uoce uix Latina Thielius ipse utitur.
176 Cf. Postgate 1920, vii sq.
177 Inter quas silentio praeterii sunt fabulae Brancatiani qui dicitur rhetoris (edidit Sbordone 1932, 35 sqq.; cf. etiam Hausrath 1959–1970, II, 184 sq.).
178 Pithou 1596.

Multos locos similes collegerunt priores, imprimis Burmannus et Schwabius[179], multi tamen addendi erant. Auctores eorumque opera ita commemorantur ut facile a uiris doctis agnoscantur; haec tamen monenda sunt: fabulas quae feruntur Aesopi (quas per compendium 'Aes.' cito) laudaui secundum numeros editionis Aemilii Chambry[180]; in parenthesi adduntur numeri Hausrathiani[181] et Perriani[182]. Compendiis 'Aphth.' et 'Synt.' indicantur Aphthonii et Syntipae fabulae Aesopiae, quas leges, si uolueris, in editione Hausrathiana, sicut etiam fabellas Papyro Rylands ('P. Ryl.') 493 traditas[183]; 'Tetr.' cito Ignatii Diaconi aliorumque tetrasticha iambica, a Carolo Frid. M(üller) recensita[184]. Compendio 'Al. Neq. nou. Aes.' significatur Alexandri Nequam 'Nouus Aesopus'; compendio 'Gualt. Angl.' Gualterii Anglici fabulae[185]. 'Abst. 1' et 'Abst. 2' remittunt ad prius et alterum Laurentii Abstemii 'Hecatomythium'.

Cum Phaedrus alludet ad uerba iuris consultorum et ad ritus fori sollemnes, te reuocabo, optime lector, ad Eberhardi Oberg commentationem anno 1996 prolatam[186]; cum autem Phaedri uerba prouerbium sapient, ad collectionem sententiarum Graecarum et Latinarum a Rentio Tosi confectam[187]. In hoc apparatu loci aliquot tragoediarum Senecae afferuntur utpote Phaedrianis

179 In apparatu locorum similium comparando semper habui in manibus Burman 1698, 1727, Schwabe 1806, Iannelli 1809, Thiele 1906, 1908, 1911a, Oberg 2000, Henderson 2001, Adrados–van Dijk 2003, Gärtner 2015.

180 Chambry 1925–1926 (= C).

181 Hausrath 1959–1970 (= H).

182 Perry 1952 (= P).

183 Hausrath 1959–1970, II, 133 sqq.; 155 sqq.; 187 sqq. (de P. Ryl. 493 uide supra, adn. 170).

184 Tetrasticha a Muellero recognita et praefatione criticoque apparatu instructa publici iuris facta sunt anno 1897 pp. 249 sqq. editionis Crusianae Babrii mythiamborum.

185 Alexandri 'Nouum Aesopum' edidit Garbugino 1987, Gualterii fabulas Busdraghi 2005.

186 Oberg institit uestigiis Caroli Ferd. Schmid, qui primus adnisus est "membra iuris disiecta ex Phaedri carminibus colligere, Phaedrumque iterum ex legum Romanarum scientia illustrare" (Schmid 1788, 47).

187 Tosi 2017.

simillimi; incertum tamen uter scriptorum alterum imitatus sit, numquam enim locorum affinium tempus definiri potest[188]. De Phaedro et Manilio uide, sis, quae disputaui abhinc annos octo[189].

Tertius apparatus is est qui uulgo criticus appellatur, cui positiuam, quam dicunt, dedi formam. Itaque quotienscumque codices inter se dissentiunt aut conspirant lectionibus male sanis suspectisue, testimonia cuncta affero per quae textus codicis **R** nunc cognoscitur (cf. supra, § II)[190]; eandem consuetudinem secutus sum in testimoniis laudandis unde litterae quae in **N** euanuerunt suppleri possunt.

Non omnia quae in libris manu scriptis inueneram, digna memoria duxi: leuissimi momenti menda quae librarii ipsi currente calamo sanarunt aut homines illorum fere aequales corrigendi munere fungentes[191], frustra in apparatu requires; de rebus ad orthographiam pertinentibus dicetur inferius. Vbi **PRD** praesto sunt uel **PRMN** aut **PRN**, rationem Lachmannianam secutus eliminaui singulares lectiones quae metro respuuntur uel sensu carent[192].


188 De temporibus quibus Seneca fabulas suas composuit nihil sane potest dici certi praeter hoc, quod ‘Hercules furens’ ante ‘Apocolocyntosin’ (id est ante annum p. C. n. 54) scriptus est, cf. Dingel 2009, 1; 122 sqq. De carminum Phaedrianorum chronologia supra (§ I) disseruimus. An Phaedrus tam diu uixerit ut Senecae de beneficiis libros atque epistulas morales legeret certum sciri nequit, sed ueri simile est, cf. § I.

189 Zago 2012a.

190 Testimonia tamen Gabrielis Brotier (**R**^{b}) non laudo nisi ubi de Vincentiana codicis **R** collatione ex **R**^{v} ac **ρ** haud satis liquet et de libri Remensis textu ambigitur.

191 Menda scilicet qualia sunt 1, 30, 8 *profugeret* **R**^{v} (*-rit* **rP**), 1, 30, 9 *paludes* **R**^{v} (*-dis* **rP**), 3 prol. 21 *eraseram* **P** (*-rim* **P**^{c}**ρ**), 3, 10, 41 *terror* **N** (*error* **N**^{c} **Pρ**).

192 Lectiones, dico, quales 1, 11, 12 *tunc ille* **Pρ D** : *ille* **R**$^{?}$; 1, 21, 9 *extudit* **R**^{sgv} **D** : *extorxit* **P**^{c} (quid primitus fuerit incertum); 2, 8, 21 *nuper boues* **ρ N** : *boues nuper* **P**; 3, 3, 13 *hominisque* **Δ N** : *-esque* **P**; 3, 4, 5 *uere* **Pρ N** : *-o* **M**; 3, 9, 5 *e* **R**^{s} **ρ λ** : *e(st)* **P**; 3, 10, 1 *periculosum* **Pρ N** : *ericulosum* (sic) **M**; 3, 10, 2 *exponam* **Pρ M** : *ponam* **N**; 3, 10, 15 *id quod* **Pρ N** : *quod* **M**; 3, 10, 48 *familias* **ρ N** : *familiae* **P**; 3, 13, 13 *sententiam* **Pρ R**^{b} **Nn** : *sententia* **R**$^{?r}$; 3, 15, 15 *in* **P N**, om. **ρ**; 3, 15, 20 *legibus* **R**^{r} **ρ N** in tit. : *legimus* **P**; 3, 17, 13 *admonet* **R**^{v} (ubi *amm-*) **M** : *monet* **P**; 3, 19, 7 *e* **ρ N** : *e(st)* **P**.



Falsae quas **P** et **R** subierunt emendationes, siue a librariis ipsis siue a correctoribus eorum aequalibus illatae, diligenter in apparatu adnotantur, utpote quae ex alio codice quam ex **δ** desumptae esse possint (uide, sis, quae adnotaui ad 5, 5, 19).

Phaedri textum ipse interpunxi prout syntaxis flagitabat; codicum distinctiones, quae coniecturae uel interpretationis loco sunt habendae, ne in apparatu quidem nisi perraro memoraui.

Siglis **P**^{c} **D**^{c} et similibus correctiones denotantur librarii ipsius uel manuum librario fere aequalium; quibus siglis ideo utor quia discernere utrum correctio a scriba se ipso emendante facta sit an ab homine aequali uel paulo inferioris aetatis periculosae plenum opus aleae est. Emendatio enim illata esse altera manu nec probatur diuersitate atramenti – nam librarius post aliquantulum temporis quae ipse scripserat correxisse potest calamo atque atramento mutatis – nec singulorum elementorum forma leuiter discrepante, quippe quod dum tempus currit mutato statu ipsius scribentis litterarum ductus mutatur, etenim senes calamo sumpto litteras aliter formamus ac solebamus iuuenes, sani aliter scribimus ac languentes[193]. Liturae autem librario ipsi debeantur necne

193 Cuius rei hoc unum exemplum sufficiat: in calce codicis **V** (f. 188r) epigramma de morte Feretri (scilicet Vrbini ducis) legitur quod manu prorsus diuersa et paululum etiam recentiore exaratum esse uidetur (cf. Mai 1831, 280). Idem tamen uir qui ceterum codicem epigramma scripsit, Federicum dico Veteranum (cf. Boldrini 1988, 32 sq. adn. 17). Ecce,

certa ratione diiudicari nequit. Si tamen correctio manui recentiori sine dubio assignanda est uidebis **W**^{2} et similia[194].

In adnotatione critica meo Marte in iambos redegi aliquot carminum inscriptiones quae in **N** soluta oratione conscriptae leguntur et apud priores editores contortae inueniuntur in uersus uel absonos uel a uerbis Perottinis nimis recedentes. Titulum autem quo in indice fabellarum f. 7r codicis **N** narrationem de Aesopo et turpi femina (app. 15) Perottus designauit[195], primus agnoui esse integrum senarium iambicum, unde fortasse promythium incohabatur quale est *quam saepe hominibus obsit uerum dicere, / ⟨narratione nunc ostendemus breui⟩.*

In apparatu eas tantum paraphrasium testium lectiones citaui quae aliquid bonae frugi conferunt ad textum emendandum uel nobis auxilio sunt discrepantias codicum ipsius Phaedri pensitan-

nonnullis omissis, epigramma, quod Veteranus non modo exarauit uerum etiam panxit, Musis repugnantibus et auerso Apolline: "1517 | FEDERICVS VETERANVS VRBINAS BIBLIOTHECARIVS AD REI MEMORIAM | Ne careat lachrymis liber hic post fata Feretri | hic me subscripsi cumque dolore graui. | Hunc ego iamdudum Federicus stante Feretro | transcripsi ... | ... | ... | ... | ... | et si dissimilis conclusit littera librum | scriptorem ignarum me dolor ipse facit". De his uersibus optime disputauit Hervieux 1893, 141: "il paraît ressortir ... que c'est Veterani d'Urbin, qui, à une époque antérieure, a écrit le volume, et que, si l'écriture de son épigramme est moins bonne, la cause en est imputable au chagrin ... qui paralyse ses facultés de calligraphe". Putat Boldrini (1988, 33 adn. 17), cui ego assentior, codicem **V** exaratum esse circa a. 1482, quo Federicus Feretrius Vrbini dux (Federico da Montefeltro) mortuus est.

194 Correctiones quas codex **P** subiit Vlixes Robert, perperam opinatus Phaedri textum ab uno scriba exaratum esse, inter duas manus distribuit, alteram librarii se ipsius corrigentis, alteram rusticiorem et atramento usam fusciore (Robert 1893, XVI). Si quis de unaquaque littera controuersiam Roberto mouere uolet, largam materiam disputandi inueniet; sed huiuscemodi controuersia nihil proderit ad Phaedri textum melius constituendum. Correctiones omnes quae in **P** deprehenduntur mihi quidem illatae uidentur a librariis ipsis qui Phaedri fabulas descripserant uel ab eorum aequalibus, ideoque eas una nota **P**^{c} complector.

195 Qui titulus hodie maximam partem prae madore legi nequit; lacunae tamen ex **V** ita possunt expleri: Q⌊VAM SAEPE HOMINIBVS OBSIT⌋ VERVM ⌊DICERE⌋. Alio titulo textum huius ipsius narrationis idem Perottus inscripsit, nam f. 46u codicis **N** iambis Phaedri de Aesopo et turpi femina praefixit QVAM NOCEAT SAEPE VERVM DICERE. Cf. Zago 2016b.

tibus. Quam ob rem moneo aperte ne quis de **T** ex meo silentio quicquam colligere uelit neu de **Ph** neu de singulis testibus utriusque paraphrasis. Lectiones quas siglo **T** insigniui nituntur consensu hyparchetyporum **ι** et **κ**; quod autem attinet ad libros a **κ** oriundos, hanc rationem, quantum potui, secutus sum, ut, neglectis testium singulorum aberrationibus, lectiones exponerem hyparchetyporum **χ** atque **ε**, e quibus defluxerunt libri stirpis **κ** quotquot exstant omnes.

Dum codices confero, editiones euoluo, commentationes philologas et animaduersiones criticorum perlego, haud paucas coniecturas deprehendi ab iis abiudicandas quibus uulgo tribuuntur. Quare labori non esse parcendum putaui magnamque operam posui in primo coniecturae cuiusque auctore inuestigando; quem solum in adnotatione laudaui. Vbi tamen duo uiri docti idem excogitauerunt et incertum est uter prior, ambos nominatos inuenies. Semper te certiorem faciam, optime lector, quo anno et ubi coniecturae propositae sint. Hic illic memorabo etiam doctos qui noua protulerunt ad aliorum emendationes fulciendas.

Virorum doctorum conamina plura fortasse enotaui quam par fuit, at saepe uerborum memoriam tam misere librarii deprauarunt ut non superuacaneum mihi uideretur monstrare in quot medendi uias critici discessissent antequam reperirentur remedia ad corruptelas sanandas idonea.

Pauli Maas obsequens monitis[196] efficere studui ut apparatus criticus uiueret: nolui enim te, lector, sine duce in tenebris per ambages ambulare. Quod si tibi uerbosior quam debui in uariis lectionibus seligendis aut emendationibus commendandis uidebor fuisse, qua es humanitate da ueniam.

XIII
DE RATIONE IN REBVS ORTHOGRAPHICIS ADHIBITA

Quod ad rem orthographicam attinet, textum ad normam exaequaui; scriptura itaque uniuscuiusque uocis usitata ubique in textu

196 Cf. Maas 1960, 16, § 24: “Es herrscht zu wenig Leben in unseren kritischen Apparaten.”

exhibetur, etiamsi in codicibus Phaedri nusquam conspicitur, ut puta *cinaedus*[197] et *sollers*[198]. Plerumque tamen eaedem formae in libris manu scriptis leguntur quae in textu meo. In adnotatione critica lectiones quas dignas memoria putaui omnes attuli orthographia codicum seruata, quorum scripturas ibi inuenies religiose descriptas[199]; compendia tamen non indicaui nisi ubi utile uisum est.

Accusatiuos pluralis ubique in *-es* desinere iussi; formas in *-is* exeuntes quas hic illic codices exhibent in apparatum relegaui. Nam quamquam ueri simile est Phaedrum formas in *-is* cadentes semel compluriensue adhibuisse, tamen codices in hac re parum habent auctoritatis et uix credo Phaedri orthographiam e **PRDMN** restitui posse.

In apparatu critico instruendo formas assimilatas aut non assimilatas praepositionum cum uocibus a consonantibus incipientibus compositarum tacitus praeterii, nisi uoces compositas censui aliam ob causam commemorandas. Frustra igitur quaeres adnotationes quales "*succlamant* **λ** **R**$^{?v}$: *subclamant* **P**^{c} : *suoclammant* **P**" (haec est scripturae uarietas 4, 2, 4) et "*adtemtarit* **PR**$^{?}$: *adtentarit* **R**^{v} : *attentarit* **N**" (sic uariant testes 4, 3, 7, ubi pro arbitrio edidi *attemptarit*). Nam eiusmodi adnotationibus consuetudo librariorum, qui in talibus rebus sibi minime constant[200], non poetae illustratur.

197 4, 2, 15 *cinaedus*] *cinedus* **P** (littera *u* refecta) **R**^{rv} : *cynedus* **λ** (hic et mox uncus quadrus excipit formam quam in codicibus non inueni sed in textum recepi); app. 8, 3 *cinaedi*] *cynedi* **N**; 18 *cinaedus*] *cynẹdus* **N** (*cynedus* **V** : *cynaedus* **N**^{o}).

198 App. 13, 20 *sollers*] *sole-* **N**; app. 23, 5 *sollerti*] *sole-* **N**. Cf. 1, 28, 2 *sollertiae*] *solertiae* (sic) Rigault 1617 : *solertia* **PR**^{v}; app. 3, 8 *sollertia*] *sole-* **λ**; uide tamen 5, 5, 49 *sollertia* **P** : *sole-* **ρ**.

199 In apparatu etiam orthographiam editionum et uirorum doctorum seruaui.

200 Quanta fuerit inconstantia uetustissimorum codicum **δ** et **D** librariorum in praepositionibus assimilandis aut non assimilandis, paucis exemplis ostendam: 3, 17, 5 *ammirans* **PR**$^{?v}$: *adm-* **λ**; 3, 18, 3 *ammirabilem* **PR**^{v} : *adm-* **λ**; 4, 2, 11 *et admiratus* **P**^{c} **ρ** **N** : *et miratus* **P** : *admiratus* **M**; 5, 22, 21 *admirator* **Pρ** **λ**; 1, 11, 10 *adfliguntur* **D** : *adficiuntur* **PR**^{rv}; 1, 17, 5 *affirmauit* **D** : *adf-* **PR**$^{?v}$; 1, 11, 10 *impetu* **D** **PR**^{r}**ρ**; 1, 12, 10 *inpeditus* **D** : *imp-* **Pρ**. Librarius codicis **λ** in uocibus componendis cum praepositionibus has uidetur alibi integras seruasse (uide locos nunc nuper laudatos), alibi assimilauisse sequentibus consonantibus: cf. 4, 2, 4 *succlamant* **λ** (**δ** *subc-* an *succ-* habuerit incertum: uide textum huius paginae); 4, 6, 34 *acclamat*

Equidem, codicum orthographia neglecta, semper formas assimilatas in textu posui, nisi quod *adm-*[201], *adn-*[202], *subm-*[203] ubique scripsi, id studens, ut uerba composita eiusdem generis textus meus itidem scripta exhiberet[204]. Caue credas me opinari hoc modo obseruasse usum orthographicum Phaedri omnibus locis; meliorem tamen rationem excogitare nequeo. Non enim Phaedrus neque eius aequales putandi sunt semper easdem formas adhibuisse[205], sed uerborum memoria tam inquinata est, tam oscitanter et neglegenter librarii Phaedri fabulas exscripserunt ut mirum esset si ullas genuinas reliquias de formis uel assimilatis uel non assimilatis quas poeta uere usurpauit codices usquam seruassent.

Codicibus fauentibus *quicquid* et *quicquam* ubique edidi[206] nec non *aspic-* atque *aspex-*[207]; plerumque inuitis libris *exspiro*[208] *exse-*

λ : *adc-* **Pρ**. Vt cernis, lector, in uocibus compositis quas in hac adnotatiuncula enumeraui utrum librarius archetypi **φ** *'ad'* et *'in'* praepositiones consonantibus sequentibus assimilauerit necne nullo modo colligi potest. Cf. etiam adnotationes sequentes.

201 Vide adnotationem praecedentem.

202 Apud Phaedrum semel tantum *ad* in compositione *'n'* litterae praeponitur, scilicet 1, 2, 19, ubi **δ** (= **Pρ**) praebebat *adnatant.*

203 2 epil. 3 traditum est *subm-* (**Pρ**), app. 13, 23 *su(m)m-* (**N**).

204 Ab hac consuetudine semel discessi: scripsi enim *assentio assensit assequi assequar assecuta assidue assilit assiluit assistebat assignari assignate assuetam assueui* sed 5, 22, 16 praetuli *adsunt*, quod codices omnes tradiderunt. Quantum ex **P** ac testibus codicis **R** conicere licet, librarius qui **δ** exarauit *'ad'* praepositionem integram seruare solebat cum per compositionem iungebat uocibus a *'se' 'si' 'su'* incipientibus (incertum tamen an 5, 8, 7 *adsueui* scripserit, nam *assueui* hoc loco, ubi **P**, ut semper, *adsu-* praebet, in **R** exstitisse **ρ** testatur). Colligi autem ex **M** et **N** potest librarium codicis **λ** in commissura uocum compositarum ante *'s'* ac uocalem *'ad'* in *'as-'* ubique mutasse praeterquam 5, 2, 16, ubi, ut nunc nuper dixi, **M** et **N** *adsunt* exhibent.

205 Cf. Lucil. 375 sq. Marx (372 sq. Krenkel) *atque 'accurrere' scribas / 'd'ne an 'c' non est quod quaeras eque* (suspectum) *labores.*

206 Formae *quicquid* et *quicquam* ubique indubitate traditae sunt praeterquam 2 prol. 2 (*quicquam* **P** : *quid-* **ρ**), 2 epil. 6 (*quicquam* **P** : *quid-* **ρ**), 4, 1, 2 (*quicquid* **P**[c] : *quidquid* **ρ** : *quidquic* **P**), 5, 21, 3 (*quicquid* **P** **λ** : *quid-* **ρ**).

207 *adspic-* ignorant codices; *adspex-* non inuenitur nisi in **P**, qui 3, 10, 29 exhibet *adspexit* (*asp-* **ρ** **N**). 4, 1, 6; 5, 3, 6; 5, 11, 8; 5, 18, 16 *ascri-* edidi (*adscri-* **Pρ**); 5, 22, 9 *ascendit* scripsi cum **Pρ** **λ**.

208 1, 21, 10 *exspirans* **D** : *exp-* **Pρ**.

quor[209] *exspecto exspectatio*[210] *exstiti*[211] *exscreo*[212] *exstillesco*[213] in textu posui, aequabilitati scribendi obsecutus; nam etsi non infitior Phaedrum potuisse huiuscemodi uerba alibi aliter scribere, minime tamen mihi persuadere possum, ut antea dixi, codices uerum nobis tradidisse hoc genus in rebus.

Ab Ioue 1, 2, 11 et 5, 16, 1 scripsi (uide, sis, quae ad priorem locum adnotabo); quotiens autem in textu meo deprehenderis '*e*' et '*ex*' praepositiones consonantibus in appositione praepositas, scito me in hac re tenui et nescioquo modo impedita codicum orthographiam secutum esse; si quid mutaui, id in notis criticis adnotaui.

Atque codicibus Phaedri nusquam traditum est ante consonantem, *ac* nusquam ante uocalem; uno tantum loco *neque* testes tradiderunt, scilicet 3 prol. 49, ubi tamen metro suadente reposui *nec*[214]; 3, 2, 16 *haud* edidi[215].

Quod attinet ad *nihil* et *nil*, Phaedrus, mea quidem sententia, utramque formam usurpauit; codicum igitur scripturam numquam censeo corrigendam nisi metro flagitante[216].

Nihil interest utrum *ne quis*, *nescioquis*, *quod si*, *pater familias* et cetera huiusmodi continue librarii scripserint an diuise, nam in antiquis libris nulla fere uerborum diuisio fuit.

Ad locos ubi quas praetuli et in textu posui lectiones in orthographia modo discrepant siue ab uno codice siue a pluribus siue ab omnibus nec ullam aliam ob causam mihi citandae uidentur, nihil notaui, ne apparatus criticus quisquiliis oneraretur[217]. Si autem uo-

209 3, 10, 59 *executus* **P** : *exsequutus* **R**^{v}; 5, 21, 9 *exsequamur* **P** : *exeq-* **ρ M**.

210 3, 15, 14 *exspectarem*] *expectarem* **N** : *spectarem* **PR**^{v}; 4, 6, 15 *exspectatio*] *exp-* **Pρ** λ (cf. etiam adnotata ad 4, 6, 26); 5, 18, 35 *exspectantes*] *exp-* **PR**^{v}; 5, 23, 2 *exspectatio*] *exp-* **Pρ M**.

211 App. 4, 17 *exstitit*] *ext-* **λ**.

212 App. 8, 9 *exscreat*] *excr-* **N**.

213 App. 8, 11 et 32 *exstillescant*] *ext-* **N**.

214 Cf. Zago 2016a, 107.

215 *haud* **N** : *haut* **PR**^{v}.

216 Cf. Zago 2015, 70 sq.

217 Quomodo librarii nomina propria (quae apud Phaedrum admodum pauca sunt) scripsissent diligentius adnotaui quam quomodo nomina appellatiua et ceteras partes orationis; indignas tamen commemoratu putaui scripturas quales sunt *Laede* (ita **R**$^{?v}$ 5, 25, 9, ubi *laede* habet **P**, *ledae* recte exhibet **N**) et *Iupiter* (sic nonnullis locis **ρ** et app. 3, 9 **λ**).

cis qua Phaedrus usus est duas formas testes exhibent non quidem a recta scribendi ratione abhorrentes, sed quarum alteram metrum recipiat, alteram respuat, uelut 5, 20, 15, ubi **δ** (= **Pρ**) *dis* praebebat, *diis* **N** habet, de discrimine orthographiae tu, lector, certior fies.

‘*e*’ litteram pro ‘*ae*’ aut ‘*oe*’ scriptam et ‘*ae*’ atque ‘*oe*’ diphthongos inter se confusas aut alterutram pro ‘*e*’ positam tacui nisi in exscribendis lectionibus alioquin mentione dignis. Diligentiores apparatum criticum inferciant notis quales “*quaeritur* **ρ** : *queritur* **P**” et “*quaestus* **ρ** **N**$^{\mathbf{1}}$: *questus* **P MV** (legi nequit **N**)”[218]. Equidem censui haec aliaque id genus sescenta cum de sensu minime ambigeretur mihi silentio praetereunda esse, ne animi legentium, dum futtilibus rebus exercentur, hebetarentur ad summas.

Sed de hoc satis! Rei orthographicae studiosos ad orthographicum indicem remitto.

GRATIARVM ACTIO

Dis fauentibus ad finem perueni. Iam nihil restat quam ut libenti animo gratias agam maximas omnibus qui me adiuuerunt in hoc laborioso opere perficiendo, inter quos commemoro M. Citroni, magistrum dilectissimum, M. Labate, qui mihi unus est pro centum milibus, G. Fiesoli, T. De Robertis.

Dignae grates persoluendae sunt Ioanni Blasio Conte, olim praeceptori meo, nunc amico, qui, Bibliothecae Teubnerianae mandata studiose persecutus, schidas meas peritissime emendauit et, uir artem criticam pulchre callens, officii duxit curare ut Phaedri fabulae Aesopiae quantum fieri posset perpolitae ederentur.

218 Ita testes uariant 2 prol. 2 et 5, 22, 6.

INDEX PHILOLOGORVM QVOT IN PRAEFATIONE ET APPARATIBVS LAVDANTVR

Breuitatis causa opera uirorum doctorum quos semel in hoc indice citaui, in apparatu critico solis auctorum nominibus indicabuntur, itidem ut commentationes atque editiones infra stellulis denotatae.

Adams, J. N. 1982, The Latin Sexual Vocabulary, London.

Adrados, F. Rodríguez 1984, "Las ranas pidiendo rey": origen y evolución de una fábula política, Emerita 52, 25–32.

Adrados, F. Rodríguez 1999, History of the Graeco-Latin Fable, I, Introduction and from the Origins to the Hellenistic Age, transl. by L. A. Ray, ed. rev. and updated by the Author and G.-J. van Dijk, Leiden – Boston – Köln.

Adrados, F. Rodríguez 2000, History of the Graeco-Latin Fable, II, The Fable during the Roman Empire and in the Middle Ages, transl. by L. A. Ray, ed. rev. and updated by the Author and G.-J. van Dijk, Leiden – Boston – Köln.

Adrados, F. Rodríguez – van Dijk, G.-J. 2003, History of the Graeco-Latin Fable, III, Inventory and Documentation of the Graeco-Latin Fable, transl. by L. A. Ray and F. Rojas del Canto, suppl. and ed. by F. R. A. and G.-J. van D., Leiden – Boston.

Alfonsi, L. 1964, Parua moralia in Fedro, Latomus 23, 21–29.

Alton, E. H. 1922, Hermathena 19, 321–329.

Andrés, G. 1808, Dell'origine, progressi e stato attuale di ogni letteratura, II, Roma.

Arnott, W. G. 2007, Birds in the Ancient World from A to Z, London – New York.

Austin, C. – Stigka, E. 2007, Not Comedy, but Epigram: 'Mr. Perfect' in fr. com. adesp. *1036, ZPE 161, 13–16.

Axelson, B. 1949, Die zweite Senkung im jambischen Senar des Phaedrus. Beobachtungen über Versrhythmus und Wortstellung, Vetenskaps-Societeten i Lund, Årsbok, 43–68 (= Kleine Schriften zur lateinischen Philologie, 213–231).

Axen, P. 1671, Phaedri Augusti liberti Fabularum Aesopiarum libri quinque, … P. A. … recensuit, suasque notas adiecit, Hamburgi.

Baehrens, E. 1871, Zu Phaedrus, RhM 26, 153–154; 350.

Barthius (von Barth), C. 1612, Opuscula uaria, nunc primum edita, Hanouiae.

Bassi, D. 1918, Phaedri Fabulae, ad fidem codicis Neapolitani denuo excussi edidit … D. B., Aug. Taurinorum.

Beck, C. D. 1812, De Longi Pastoralium et Phaedri Fabularum recens inuentis supplementis, Acta seminarii regii et societatis philologicae Lipsiensis, curauit C. D. B., uoluminis secundi partic. prima, 187–231.

Bentley, R. 1711, In Horatium Flaccum notae et emendationes, Cantabrigiae.

Bentley, R. 1726, P. Terentii Afri Comoediae, Phaedri Fabulae Aesopiae …, ex recensione et cum notis R. B., Cantabrigiae.*

Berger de Xivrey, J. 1830, Phaedri Augusti liberti Fabularum Aesopiarum libros quatuor, ex codice olim Pithoeano … contextu codicis nunc primum integre in lucem prolato … edidit J. B. de X., Parisiis.

Bergk, T. 1860, Kritische Analekten, Philologus 16, 577–647.

Bernardi Perini, G. 2005, Note a Fedro, Paideia 60, 37–43.

Bischoff, B. 1998–2017, Katalog der festländischen Handschriften des neunten Jahrhunderts (mit Ausnahme der wisigotischen), Wiesbaden, I–IV.

Bloch, H. 1901, Ein karolingischer Bibliothekskatalog aus Kloster Murbach, in: Strassburger Festschrift zur XLVI Versammlung deutscher Philologen und Schulmänner, Strassburg, 257–285.

Boldrini, S. 1988, Fedro e Perotti. Ricerche di storia della tradizione, Urbino.

Boldrini, S. 1990, Note sulla tradizione manoscritta di Fedro (i tre codici di età carolingia), Roma.

Boldrini, S. 1990a, Una testimonianza delle ‘favole nuove’ di Fedro prima di Perotti: Gualtiero Anglico XLVIII, RPL 13, 19–26.

Boldrini, S. 1991, Il prologo dell’Epitome e la versificazione ‘giambica’ di Niccolò Perotti, Stud. Umanist. Piceni 11, 9–18.

Bongars (Bongarsius), Jac. († 1612), apud Orellium.

Bothe, F. H. 1803, Phaedri Augusti liberti Fabularum Aesopiarum libri quinque … cum notis integris R. Bentleii, selectis aliorum, quibus et suas addidit F. H. B., Lipsiae.

Bothe, F. H. 1822, Phaedri Fabulae nuper publicatae in Italia, quas ... edidit ... F. H. B., Heidelbergae et Spirae.*

Bothe, F. H. 1825, Phaedri Augusti liberti Fabularum Aesopiarum libri quinque, cum notis et emendationibus F. Iosephi Desbillons ..., edidit et animaduersiones adiecit F. H. B., Manhemii.

Boucherie, A. M. 1872, Ἑρμηνεύματα καὶ καθημερινὴ ὁμιλία de Julius Pollux, Notices et extraits des manuscrits de la Bibliothèque Nationale et autres bibliothèques 23, 2, 277–605.

Brenot, A. 1924, Phèdre, Fables, texte ét. et trad. par A. B., Paris.

Brocas, uidua (Anne Aumont) 1743, Phaedri Augusti liberti Aesopicarum Fabularum libri quinque ..., editio prioribus emendatior, Parisiis apud uiduam Brocas.

Brotier (Broterius), G. 1783, Phaedri Augusti liberti Fabularum libri quinque, cum notis et supplementis G. B., Parisiis.

Brown, R. D. 1987, Lucretius on Love and Sex, Leiden – New York etc.

Buecheler, F. 1862, Petronii Arbitri Satirarum reliquiae ex recensione F. Buecheleri, Berolini.

Buecheler, F. 1882, Coniectanea, RhM 37, 321–342.*

Bühler, W. 1999, Zenobii Athoi Prouerbia uulgari ceteraque memoria aucta edidit et enarrauit W. B., uol. V (2, 41–108), Gottingae.

Burman, P. iunior 1751, Oratio funebris in obitum uiri celeberrimi J. Ph. D'Orville, Amstelaedami.

Burman, P. maior 1698, Phaedri Augusti liberti Fabularum Aesopiarum libri quinque, cum integris commentariis Marq. Gudii ..., curante P. B., Amstelaedami.*

Burman, P. maior 1718, Phaedri Augusti liberti Fabularum Aesopiarum libri quinque, cum integris commentariis Marq. Gudii ..., curante P. B., Hagae Comitum.

Burman, P. maior 1727, Phaedri Augusti liberti Fabularum Aesopiarum libri quinque, cum nouo commentario P. B., accedit F. Harii Epistola critica ... in qua omnes ... Bentleji in Phaedrum notae ... expenduntur, Leidae.

Burman, P. maior 1727a, Sylloges epistularum a uiris illustribus scriptarum tomi quinque, collecti et digesti per P. B., Leidae.

Burman, P. maior 1728, Phaedri Augusti liberti Fabularum Aesopiarum libri quinque, cum integris commentariis Marq. Gudii …, curante P. B., Lugduni in Batauis.

Bursian, C. 1862, Zu Phaedrus Fabeln, Jb. f. class. Philol. 8, 869.

Busdraghi, P. 2005, L'Esopus attribuito a Gualtiero Anglico (Favolisti latini medievali e umanistici, X), Genova.

Calboli, G. 2007, Quelques remarques sur la langue de la Mulomedicina Chironis, in: La médecine vétérinaire antique, cur. M.-Th. Cam, Rennes, 179–194.

Capponi, F. 1979, Ornithologia Latina, Genova.

Cassitto, G. A. 1808, Phaedri Fabularum liber nouus, e ms. codice Perottino …, nunc primum edit I. A. C., Neapoli.*

Cassitto, G. A. 1811, Phaedri … Fabulae ineditae XXXII, quas in codice Perottino bibl. regiae Neap. primus inuenit descripsit edidit I. A. C., editio tertia, Neapoli.

Chambry, Aem. 1925–1926, Aesopi Fabulae, Paris, I–II.

Champlin, E. 2005, Phaedrus the Fabulous, JRS 95, 97–123.

Chatelain, É. 1887, Un nouveau document sur le codex Remensis de Phèdre, RPh, n. s. 11, 81–88.

Citroni, M. 1975, M. Valerii Martialis Epigrammaton Liber primus, … a cura di M. C., Firenze.

Citroni, M. 1995, Poesia e lettori in Roma antica, Roma – Bari.

Coarelli, F. 1997, Il Campo Marzio. Dalle origini alla fine della Repubblica, Roma.

Courtney, E. 2013, A Commentary on the Satires of Juvenal, Berkeley (ed. altera).

Crusius, O. 1884, Ein Lehrgedicht des Plutarch, RhM 39, 581–606.

Crusius, O. 1897, Babrii Fabulae Aesopeae, recognouit, prolegomenis et indicibus instruxit O. C., accedunt fabularum dactylicarum et iambicarum reliquiae, Lipsiae.

Cucchiarelli, A. 2012, Publio Virgilio Marone, Le Bucoliche, introduzione e commento di A. C., traduzione di A. Traina, Roma.

Cunningham (Cuningamius), A. 1757, Phaedri Augusti liberti Fabularum Aesopiarum libri quinque, e recensione A. C. († 1730), Edinburgi.

Danet, P. 1726, Phaedri Augusti Caesaris liberti Fabularum Aesopiarum libri quinque, interpretatione et notis illustrauit P. D., Parisiis.

Davies, M. – Kathirithamby, J. 1986, Greek Insects, London.

Desbillons (Desbillonius), F. I. 1786, Phaedri Augusti liberti Fabularum Aesopiarum libri quinque, cum notis et emendationibus F. I. D., Manhemii.

Dickey, E. 2012, The Colloquia of the Hermeneumata Pseudodositheana, Cambridge, I–II.

van Dijk, G.-J. 1997, ΑΙΝΟΙ, ΛΟΓΟΙ, ΜΥΘΟΙ. Fables in Archaic, Classical, and Hellenistic Greek Literature, Leiden – New York – Köln.

Dingel, J. 2009, Die relative Datierung der Tragödien Senecas, Berlin – New York.

D'Orville (Dorvillius), J. P., coniecturae in **N°**.

Dressler, C. T. 1838, Phaedri Augusti liberti Fabulae Aesopiae tum ueteres cum nouae atque restitutae, … recognouit … et … emendauit C. T. D., Budissae.

Duvau, L. 1896, Sur deux passages de Phèdre, RPh, n. s. 20, 41–42.

ed. Stut. 1812, Nouiter detectae Phaedri Fabulae triginta, Stuttgartiae et Tübingae.

Eichstädt (Eichstadius), H. C. A. 1812, Phaedri quae feruntur fabulae 32 in Italia nuper repertae nunc primum in Germania editae adjunctis Dorvillii et Burmanni emendationibus, Jenae (uide Praef. adn. 133).

Ellis, R. 1894, The Fables of Phaedrus. An Inaugural Lecture, London.

Eyssenhardt, F. 1867, Phaedri Fabulae, Berolini.

Faber (Le Fèvre), T. 1657, Phaedri … Fabulae, additae sunt notae et animaduersiones Tanaquilli Fabri …, Salmurii.*

Faber (Le Fèvre), T. 1664, Phaedri Fabulae … cum notis et emendationibus Tanaquilli Fabri hac secunda editione auctioribus …, Salmurii.

Fellenberg, D. 1760, Jurisprudentia antiqua …, tom. I, Bernae.

Ferrari, F. 1997, Il romanzo di Esopo, introduzione e testo critico a cura di F. F. …, Milano.

Festa, N. 1898, Note al testo di Fedro, SIFC 6, 257–270.

Finch, C. E. 1971, The Morgan Manuscript of Phaedrus, AJPh 92, 301–307.

Flammini, G. 2004, Hermeneumata Pseudodositheana Leidensia, edidit G. F., Monachii et Lipsiae.

Fortenbaugh, W. W. – Schütrumpf, E. 2000, Demetrius of Phalerum. Text, Translation and Discussion, New Brunswick (U.S.A.) and London (U.K).

Fraenkel, E. 1966, The Dirae, JRS 56, 142–155.

Freinsheim (Freinshemius), J. 1664, Phaedri Augusti liberti Fabulae a J. F. († 1660) emendatione textus … notis et indice illustratae, depromebat e bibl. Freinshemiana H. Holstius, Argentorati.

Friedrich, O. 1880, Publilii Syri mimi Sententiae, digessit recensuit illustrauit O. F., Berolini.

Gail, J. B. 1826, Phaedri Fabularum Aesopiarum libri quinque … quales … publ. J. G. S. Schwabe. Accedunt Romuli Fabularum Aesopiarum libri IV, quibus nouas Phaedri fabellas cum notulis uariorum et suis subjunxit J. B. G., Parisiis, I–II.

Garbugino, G. 1987, Alessandro Neckam, Nouus Aesopus (Favolisti latini medievali, II), Genova.

Gärtner, U. 2007, Leui calamo ludimus. Zum poetologischen Spiel bei Phaedrus, Hermes 135, 429–459.

Gärtner, U. 2015, Phaedrus. Ein Interpretationskommentar zum ersten Buch der Fabeln, München.

Gebhard, J. 1615, Crepundiorum … libri tres, Hanoviae.

Getzlaff, E. 1907, Quaestiones Babrianae et Pseudo-Dositheanae, Marpurgi Catt.

Gilles-Raynal, A.-V. et all. 2010, Les manuscrits classiques latins de la Bibliothèque Vaticane, catalogue ét. par É. Pellegrin, t. III, 2, Cité du Vatican – Paris.

Gnilka, C. 2007, Bemerkungen zum Phaedrustext, in: C. G., Philologische Streifzüge durch die römische Dichtung, Basel, 17–36.

Goldberger, W. 1931, Kraftausdrücke im Vulgärlatein, Glotta 20, 101–150.

Goodyear, F. R. D. 1972, CR, n. s. 22, 50–52.

Goodyear, F. R. D. 1981, The Annals of Tacitus, Books 1–6, uol. II (Annals 1, 55–81 and Annals 2), Cambridge.

Gow, A. S. F. 1952, Theocritus, ed. with a Transl. and Comm. by A. S. F. G., Cambridge, I–II (ed. altera).

Gow, J. 1900, Phaedri Augusti liberti Fabularum Aesopiarum libri quinque cum appendice recogniti a I. Gow, in: Corpus poetarum Latinorum … edidit I. P. Postgate, fasc. III, Londini.*

Gow, J. 1912, Phaedri Augusti liberti Fabularum Aesopiarum libri quinque cum appendice recogniti a I. Gow, in: Corpus poetarum Latinorum … edidit I. P. Postgate, fasc. III, Londini (ed. altera).
Grenfell, B. P. – Hunt, A. S. 1915, Oxyrhynchus Papyri, XI, London.
Gronovii pater et filius 1703, Phaedri Augusti liberti Fabularum Aesopiarum libri quinque, cum notis perpetuis Jo. Fred. Gronovii, p., et emendationibus Jac. Gronovii, f., Amstelaedami.
Gronovius, Jo. Fred. 1637, In P. Papinii Statii Siluarum libros V Diatribe, Hagae Comitis.
Gronovius, Jo. Fred. 1649, Ad L. et M. Annaeos Senecas notae, Lugduni Batauorum.
Grosse, E. 1872, Zu den Paraphrasen des Phaedrus, Jb. f. class. Philol. 18, 781–791.
Grotius, H. 1641, Annotationes in libros Euangeliorum, Amsterdami.
Grottanelli, C. 1983, Tricksters, Scape-Goats, Champions, Saviors, HR 23, 117–139.
Guaglianone, A. 1969, Phaedri Augusti liberti Liber fabularum, recensuit A. G., Aug. Taurinorum.
Gude, M. († 1689), cf. Praef. adn. 160.
Guyet (Guietus), F. († 1655), cf. Praef. adn. 158.
Halbertsma, T. J. 1878, Otium Harlemense, Mnemosyne, n. s. 6, 105–110.
Hare (Harius), F. 1727, cf. Praef. adn. 161.
Hartel, W. 1885, Analecta, WS 7, 140–158.
Hartman, J. J. 1890, De Phaedri fabulis commentatio, Lugduni Batauorum – Lipsiae.
Hausrath, A. 1936, Zur Arbeitsweise des Phaedrus, Hermes 71, 70–103.
Hausrath, A. 1959–1970, Corpus Fabularum Aesopicarum, I, Fabulae Aesopicae soluta oratione conscriptae, I–II, editionem alteram cur. H. Hunger, indices adiecit H. Haas, Lipsiae.
Havet, L. 1895, Phaedri Augusti liberti Fabulae Aesopiae, recensuit … L. H., Paris.*
Havet, L. 1896, Phaeder, RPh, n. s. 20, 178–184.
Havet, L. 1896a, LL dans corcodillus, Archiv f. lateinische Lexikographie und Grammatik 9, 135–136.

Havet, L. 1900, Quelques passages de Phèdre, RPh, n. s. 24, 293–315.
Havet, L. 1904, Ad Phaedrum, RPh, n. s. 28, 44–48.
Headlam, W. G. 1899, Phaedrus, Append. IX, CR 13, 135.
Headlam, W. G. 1922, Herodas. The Mimes and Fragments, with notes by W. H., ed. by A. D. Knox, Cambridge.
Heinsius, N. († 1681), cf. Praef. adn. 159.*
Heinsius, N. 1661, Operum P. Ouidii Nasonis editio noua, Amstelodami.
Henderson, J. 2001, Telling Tales on Caesar. Roman Stories from Phaedrus, Oxford.
Herrmann, L. 1950, Phèdre et ses fables, Leiden.
Hervieux, L. 1893, Les fabulistes latins, I, Paris (ed. altera).
Hervieux, L. 1894, Les fabulistes latins, II, Paris (ed. altera).
Hesseling, D. C. 1892–1893, On Waxen Tablets with Fables of Babrius (Tabulae Ceratae Assendelftianae), JHS 13, 293–314.
Heubner, H. 1965, Zu Römischen Dichtern, Hermes 93, 348–357.
Heusinger, Jo. M. 1772, Phaedri Augusti liberti Fabularum Aesopicarum libri quinque, Isenaci.
Heydenreich, E. 1884, Bericht über die Litteratur zu Phaedrus aus den Jahren 1873 bis 1882, Bursians Jahresbericht 39, 1–33.
Holford-Strevens, L. A. 2012, Iulius Titianus, in: The Oxford Classical Dictionary, fourth ed., Oxford, 764b.
Horsfall, N. 2008, Virgil, Aeneid 2. A Commentary, Leiden – Boston.
Horsfall, N. 2013, Virgil, Aeneid 6. A Commentary, Berlin – Boston, I–II.
Housman, A. E. 1900, CR 14, 467 (= The Classical Papers, II, 527–528).
Housman, A. E. 1903, M. Manilii Astronomicon liber primus, recensuit et enarrauit A. E. H., Londinii.
Housman, A. E. 1906, Notes on Phaedrus, CR 20, 257–259 (= The Classical Papers, II, 658–661).*
Housman, A. E. 1919, Notes on Martial, CQ 13, 68–80 (= The Classical Papers, III, 982–995).
Housman, A. E. 1920, CR 34, 121–124 (= The Classical Papers, III, 1007–1011).
Housman, A. E. 1920a, M. Manilii Astronomicon liber quartus, recensuit et enarrauit A. E. H., Londinii.

Housman, A. E. 1930, M. Manilii Astronomicon liber quintus, recensuit et enarrauit A. E. H., Londinii.

Housman, A. E. 1931, Praefanda, Hermes 66, 402–412 (= The Classical Papers, III, 1175–1184).

Huys, M. 1996, P. Oxy. 61. 4099. A Combination of Mythographic Lists with Sentences of the Seven Wise Men, ZPE 113, 205–212.

Iannelli, C. 1809, Codex Perottinus ms. regiae bibliothecae Neapolitanae duas et triginta Phaedri Fabulas iam notas, totidem nouas, sex et triginta Auiani uulgatas, et ipsius Perotti carmina inedita continens, digestus, et editus a C. I., Neapoli.*

Iannelli, C. 1811, Phaedri Fabulae ex codice Perottino ms. regiae bibliothecae Neapolitanae emendatae, suppletae, et commentario instructae a C. I., Neapoli.

Iannelli, C. 1811a, In Perottinum codicem ms. regiae bibliothecae Neapolitanae quo duae et triginta Phaedri Fabulae iam notae, totidem nouae, sex et triginta Auiani uulgatae, et ipsius Perotti carmina inedita continentur Dissertationes tres, Neapoli.

Iannelli, C. 1812, In Cassittianam Nouarum Fabularum editionem Colloquia, Neapoli.

Johnson, T. 1701, Phaedri Augusti liberti Fabularum Aesopiarum libri quinque … illustrati opera T. J., Londini.

Karla, G. A. 2001, Vita Aesopi. Überlieferung, Sprache und Edition einer frühbyzantinischen Fassung des Äsopromans, Wiesbaden.

Kenney, E. J. 2014, Lucretius, De rerum natura, Book III, ed. by E. J. K., Cambridge (ed. altera).

Kohl, Fr. Th. 1727, Commentationes criticae in difficiliora scriptorum classicorum … loca …, Hamburgi et Kiloni.

Korzeniewski, D. 1970, Zur Verstechnik des Phaedrus: aufgelöste Hebungen und Senkungen in seinen Senaren, Hermes 98, 430–458.

Krischan, J. 1950–1951, Zu Phaedrus, WS 65, 78–130.*

Krischan, J. 1954, Zu Phaedrus (II), WS 67, 77–98.

Lachmann, K. 1850, In T. Lucretii Cari De rerum natura libros Commentarius, Berolini.

Langen, P. 1858, Über die Metrik des Phädrus, RhM 13, 197–208.

La Penna, A. 1963, Marginalia Aesopica, in: Lanx satura Nicolao Terzaghi oblata, Genova, 227–236.*

La Penna, A. 1964, Letteratura esopica e letteratura assiro-babilonese, RFIC 92, 24–39.

La Penna, A. 1968, Introduzione, in: Fedro, Favole, versione di A. Richelmy, Torino.

La Penna, A. 1976, Il ritratto 'paradossale' da Silla a Petronio, RFIC 104, 270–293.

Lease, E. B. 1897, Numne, CR 11, 348–349.

Lessing, G. E. 1758 (ca.), Über den Phäder, in: G. E. Lessing, Werke und Briefe, IV, hrsg. von G. E. Grimm, Frankfurt am Main 1997, 424–432.

Lessing, G. E. 1759, Fabeln. Drei Bücher. Nebst Abhandlungen mit dieser Dichtungsart verwandten Inhalts, Berlin (= G. E. Lessing, Werke und Briefe, IV, hrsg. von G. E. Grimm, Frankfurt am Main 1997, 297–411).

Leumann, M. 1977, Lateinische Laut- und Formenlehre, München.

Livrea, E. 2006, Simonides, fr. 22 W^2 = 9 Gentili-$Prato^2$, ZPE 158, 13–14.

Luppe, W. 1996, Aisop-Fabeln (und Aisop-Geschichten?) (P. Mich. inv. 5771), III A.D., Karanis, in: P. Michigan Koenen (P. Mich. XVIII), Amsterdam.

Luzzatto, M. J. 1984, Note su Aviano e sulle raccolte esopiche greco-latine, Prometheus 10, 75–94.

Luzzatto, M. J. 2001, Teocrito ed Esopo: Id. X 11 e il cane impazzito, Maia 53, 355–358.

Maas, P. 1960, Textkritik, 4. Aufl., Leipzig.

Mähly, J. 1871, Zu Phaedrus, Zeitschrift für die österreich. Gymnasien 22, 809–812.

Mai, A. 1831, Classicorum auctorum e Vaticanis codicibus editorum tomus III, Romae.

Marcilius, Th. 1604, Ad Q. Horatii Flacci Opera omnia, Quotidiana et emendatae lectiones, Parisiis.

Marx, F. 1922, Molossische und bakcheische Wortformen in der Verskunst der Griechen und Römer, Leipzig (de pp. 137–148 huius libri uide, quaeso, Axelson 1949).

Mattiacci, S. 2011, Da Kairos a Occasio: un percorso tra letteratura e iconografia, Il calamo della memoria 4, 127–154.

Mattiacci, S. 2011a, Favola ed epigramma: interazioni tra generi 'minori' (a proposito di Phaedr. 5, 8; Auson. epigr. 12 e 79 Green), SIFC 104, 197–232.

Meursius (van Meurs), J. 1610, Phaedri Augusti liberti Fabularum Aesopiarum libri quinque, I. M. … denuo recensuit et animaduersiones addidit, ex officina Plantiniana Raphelengii.

Milanese, G. 1981, Due note all'Appendix Perottina, GIF, n. s. 12 (33), 231–233.

Milde, W. 1968, Der Bibliothekskatalog des Klosters Murbach aus dem 9. Jahrhundert, Heidelberg.

Moreno, P. 1997, Vecchia ubriaca, in: Enciclopedia dell'arte antica. Secondo supplemento, V, s. u.

Müller (Muellerus), L. 1861, De re metrica poetarum Latinorum praeter Plautum et Terentium libri septem, Lipsiae.

Müller (Muellerus), L. 1867, Phaedri Augusti liberti Fabulae Aesopiae, recognouit et praefatus est L. M., Lipsiae.

Müller (Muellerus), L. 1867a, Zu den Versus Scoti cuiusdam de alphabeto, einem Gedicht des Damasus und den äsopischen Fabeln Nilants, RhM 22, 500–509.

Müller (Muellerus), L. 1875, De Phaedri et Auiani fabulis libellus, Lipsiae.

Müller (Muellerus), L. 1875a, Zu Phaedrus, RhM 30, 618–619.

Müller (Muellerus), L. 1877, Phaedri Augusti liberti Fabularum Aesopiarum libri quinque, emendauit, adnotauit, suppleuit L. M., Lipsiae.*

Müller (Muellerus), L. 1890, Berliner philologische Wochenschrift 10, 1300–1305.

Müller (Muellerus), L. 1894, De re metrica poetarum Latinorum praeter Plautum et Terentium libri septem, editio altera, Petropoli et Lipsiae.

Murr, J. 1890, Die Pflanzenwelt in der griechischen Mythologie, Innsbruck.

Mynors, R. A. B. 1990, Virgil, Georgics, ed. with a Commentary by R. A. B. M., Oxford.

Nauck, A. 1880, Kritische Bemerkungen, VIII, in: Mélanges Gréco-Romains tirés du Bulletin de l'Académie Impériale des Sciences de St.-Pétersbourg, 4, 1875–1880, St.-Pétersbourg, 579–730.*

Nauck, A. 1888, Nachlese zu den Fabeln des Phaedrus, in: Mélanges Gréco-Romains tirés du Bulletin de l'Académie Impériale des Sciences de St.-Pétersbourg, 5, 1884–1888, St.-Pétersbourg, 279–322.

Neue, F. – C. Wagener 1892–1905, Formenlehre der lateinischen Sprache, 3. Aufl., Leipzig – Berlin, I–IV.

Nevelet, I. N. 1610, Mythologia Aesopica, Francoforti.

Nilant (Nilantius), J. F. 1709, Fabulae antiquae ex Phaedro ... desumptae, et soluta oratione expositae. ... Accedunt Romuli Fabulae Aesopiae ..., Lugduni Batauorum.

Nisbet, R. G. M. – Hubbard, M. 1978, A Commentary on Horace, Odes, Book II, Oxford.

Nöcker, R. 2009, Fabula und Proverbium. Zur textkonstituierenden und didaktischen Funktion des Proverbiums im Äsop-Kapitel des Liber de moribus, in: Dichtung und Didaxe. Lehrhaftes Sprechen in der deutschen Literatur des Mittelalters, hrsg. von H. Lähnemann, S. Linden, Berlin – New York, 299–326.

Nyman, M. 1978, On the Alleged Variation delenio ~ delinio, Arctos 12, 81–88.

Oakley, S. P. 1985, Single Combat in the Roman Republic, CQ 35, 392–410.

Oakley, S. P. 1998, A Commentary on Livy, Books VI–X, uol. II, Books VII–VIII, Oxford.

Oates, W. J. 1932, The Influence of Simonides of Ceos upon Horace, Princeton (Diss.).

Oberg, E. 1996, Römische Rechtspflege bei Phaedrus, RhM 139, 146–165.

Oberg, E. 2000, Phaedrus-Kommentar, Stuttgart.

Omont, H. 1911, Le manuscrit des fables de Phèdre de Saint-Remi de Reims, Biblioth. de l'École des chartes 72, 741–743.

Önnerfors, A. 1987, Textkritisches und Sprachliches zu Phaedrus, Hermes 115, 429–453.

Orelli, J. K. 1831, Phaedri Augusti liberti Fabulae Aesopiae, prima editio critica cum integra uarietate codd. Pithoeani, Remensis, Danielini, Perottini et editionis principis, reliqua uero selecta, Turici.*

Orelli, J. K. 1832, Phaedri Fabulae Nouae XXXII, e codice Vaticano redintegratae ab Angelo Maio. Supplementum editionis Orellianae …, Turici.

Otto, A. 1890, Die Sprichwörter und sprichwörtlichen Redensarten der Römer, Leipzig.

Pade, M. 2014, The Material Fortune of Niccolò Perotti's Cornu Copiae in the Fifteenth and Early Sixteenth Centuries, in: Neo-Latin Philology: Old Tradition, New Approaches, ed. by M. van der Poel (Supplementa Humanistica Lovaniensia, XXXV), Leuven, 72–87.

Panckoucke, E. 1834, Fables de Phèdre, trad. nouvelle, Paris.

Papathomopoulos, M. 1990, Ὁ Βίος τοῦ Αἰσώπου. Ἡ παραλλαγὴ G …, Ἰωάννινα.

Papathomopoulos, M. 1999, Ὁ Βίος τοῦ Αἰσώπου. Ἡ παραλλαγὴ W …, Ἀθήνα.

Pease, A. S. 1920–1923, M. Tulli Ciceronis De diuinatione, University of Illinois, I–II.

Pease, A. S. 1955–1958, M. Tulli Ciceronis De natura deorum, Cambridge (Mass.), I–II.

Perizonius (Voorbroek), Jac. 1685, Animaduersiones historicae, Amstelaedami.

Perry, B. E. 1940, The Origin of the Epimythium, TAPhA 71, 391–419.

Perry, B. E. 1952, Aesopica, uol. I, Urbana (Ill.).

Perry, B. E. 1962, Demetrius of Phalerum and the Aesopic Fables, TAPhA 93, 287–346.

Perry, B. E. 1965, Babrius and Phaedrus, Fables, Cambridge (Mass.) – London.

Pithou (Pithoeus), P. 1596, Phaedri Augusti liberti Fabularum Aesopiarum libri quinque, nunc primum in lucem editi, Augustobonae Tricassium.

Pluche, N.-A. 1746, Le spectacle de la nature, t. VII, Paris.

Poltera, O. 2008, Simonides lyricus. Testimonia und Fragmente, Basel.

Postgate, J. P. 1896, PCPhS 43–45, 9–10.

Postgate, J. P. 1918, Phaedriana, I, CQ 12, 89–97.

Postgate, J. P. 1918a, Textual Notes on Phaedrus, CPh 13, 262–271.

Postgate, J. P. 1918b, Vindiciae Phaedrianae, AJPh 39, 383–392.

Postgate, J. P. 1919, Phaedrus and Seneca, CR 33, 19–24.
Postgate, J. P. 1920, Phaedri Fabulae Aesopiae ..., recognouit breuique adnotatione critica instruxit I. P. P., Oxonii.*
Prasch, Jo. Lud. 1660, In Phaedri Fabulas notae, Giessae.
Premerstein, A. von 1897, Ein neues Facsimile der Reimser Handschrift des Phaedrus und Querolus, WS 19, 258–264.
Quicherat, L. 1844, Phaedri Augusti liberti Fabularum libri quinque, ... recensuit ... L. Q., Parisiis.
Rank, L. 1910, Obseruatiunculae ad Phaedrum, Mnemosyne, n. s. 38, 261–277.
Rank, L. 1912, Obseruatiunculae ad Phaedrum, Mnemosyne, n. s. 40, 42–62.*
Reeve, M. D. 1976, Tricipitinus's Son, ZPE 22, 21–31.
Richter (Richterus), G. 1713, Specimen obseruationum criticarum in uarios auctores Graecos et Latinos, Ienae.
Riese, A. 1870, Anthologia Latina, pars prior ..., recensuit A. R., fasc. II, Lipsiae.
Riese, A. 1885, Phaedri Augusti liberti Fabulae Aesopiae, edidit A. R., Lipsiae.*
Rigault (Rigaltius), N. 1599, Phaedri Augusti liberti Fabularum Aesopiarum libri quinque, Lutetiae.*
Rigault (Rigaltius), N. 1617, Phaedri Augusti liberti Fabularum Aesopiarum libri quinque, noua editio, Oliua Rob. Stephani.
Rigault (Rigaltius), N. 1630, Phaedri Augusti liberti Fabularum Aesopiarum libri quinque, noua editio. Festi Auieni Fabularum liber, Parisiis.
Rittershausen (Rittershusius), K. 1598, Phaedri Augusti liberti Fabularum Aesopiarum libri quinque ... emendati a C. R., Lugduni Batauorum.
Robert, L. 1968, De Delphes à l'Oxus. Inscriptions grecques nouvelles de la Bactriane, CRAI 112, 416–457.
Robert, U. 1893, Les Fables de Phèdre. Édition paléographique publiée d'après le manuscrit Rosanbo, Paris.
Roberts, C. H. 1938, Catalogue of the Greek and Latin Papyri in the John Rylands Library, III, Manchester.
Rohde, E. 1914, Der griechische Roman und seine Vorläufer, dritte ... Auflage, Leipzig.
Salmasius (Saumaise), C., apud Gudium.*

Salmasius (Saumaise), C. 1620, Historiae Augustae Scriptores VI, … C. S. recensuit et librum adiecit notarum et emendationum …, Parisiis.

Salmasius (Saumaise), C. 1629, Plinianae exercitationes in C. Iulii Solini Polyhistora. Item C. Iulii Solini Polyhistor … emendatus …, Parisiis.

Sanadon, N.-E. († 1733), apud Broterium.

Sbordone, F. 1932, Recensioni retoriche delle favole esopiane, Rivista Indo-Greco-Italica 16, 35–68.

Scheffer, J. 1673, Phaedri Fabularum Aesopiarum libri quinque, cum annotationibus J. S. … et F. Guyeti notis, numquam antea publicatis, editio tertia, Hamburgi (cf. Praef. adn. 145).

Schibli, H. S. 1983, Fragments of a Weasel and Mouse War, ZPE 53, 1–25.

Schibli, H. S. 1984, Addendum, ZPE 54, 14.

Schirach, G. B. 1768, Clauis poetarum classicorum pars prior, siue Index philologico-criticus in Horatium, Terentium et Phaedrum, Halae.

Schmid, C. F. 1788, De iurisprudentia Phaedri, Vitebergae.

Schneider, W. 1996, Cappa, ZPE 112, 203–217.

Schoppe (Schoppius), C., Spicilegium notarum ad Phaedrum, apud Rittershusium.

Schütze, T. J. A. 1770, Obseruationes in Phaedrum, Wittenbergae.

Schwabe, J. G. S. 1779–1781, Phaedri Augusti liberti Fabularum Aesopiarum libri quinque, ex recensione P. Burmanni … edidit J. G. S. S., Halae, I–III.

Schwabe, J. G. S. 1806, Phaedri Augusti liberti Fabularum Aesopiarum libri quinque …, recognouit, uarietatem lectionis et commentarium perpetuum adiecit J. G. S. S. Accedunt Romuli Fabularum Aesopiarum libri IV, Brunsuigae, I–II.

Setaioli, A. 1988, Seneca e i greci. Citazioni e traduzioni nelle opere filosofiche, Bologna.

Shackleton Bailey, D. R. 1978, Phaedriana, AJPh 99, 451–455.

Shanzer, D. R. 1990, Asino uectore uirgo regia fugiens captiuitatem: Apuleius and the Tradition of the Protevangelium Jacobi, ZPE 84, 221–229.

Shanzer, D. R. 2005, Augustine's Disciplines: Silent diutius Musae Varronis?, in: Augustine and the Disciplines. From Cassiciacum

to ‘Confessions’, ed. by K. Pollmann, M. Vessey, Oxford, 69–112.
Siebelis, J. 1851, Phaedri Fabulae für Schüler mit … Anmerkungen versehen von J. S., Leipzig.*
Siebelis, J. 1865, Phaedri Fabulae für Schüler mit … Anmerkungen versehen von J. S., dritte verbesserte Aufl., Leipzig.
Siebelis, J. – Polle, F. 1889, Phaedri Fabulae für Schüler mit Anmerkungen versehen von J. S., in vierter und fünfter Aufl. besorgt von F. A. Eckstein, sechste verbesserte Aufl. besorgt von F. P., Leipzig.
Solin, H. 2003, Die griechischen Personennamen in Rom. Ein Namenbuch, zweite völlig neu bearbeitete Aufl., Berlin – New York, I–III.
Spengel, A. 1874, Zu den Fabeln des Phaedrus, Philologus 33, 722–727.
Speyer, J. S. 1912, Phaedri Fabulae Aesopiae, iterum recensuit J. S. S., Lugduni Batauorum.
Steinhöwel, H. 1476–1477 (ca.), Esopus, Ulm.
Stok, F. 2001, Il manoscritto, in: Nicolai Perotti Cornu Copiae, VIII, ediderunt J.-L. Charlet, M. Pade, J. Ramminger, F. Stok, Sassoferrato, 5–10.
Stowasser, J. M. 1893, Phaedri Fabulae Aesopiae, in usum scholarum selectas recognouit J. M. S., Vindobonae et Pragae – Lipsiae.
Strömberg, E. 1900–1902, Jo. Fred. Gronovii ad J. Schefferum epistolae, Eranos 4, 148–176.
Syme, R. 1968, Ammianus and the Historia Augusta, Oxford.
Tacke, A. 1911, Phaedriana, Berolini (Diss.).
Thiele, G. 1905, Der illustrierte lateinische Aesop in der Handschrift des Ademar (Codex Vossianus Lat. oct. 15), Leiden.
Thiele, G. 1906, Phaedrus-Studien I, Hermes 41, 562–592.
Thiele, G. 1908, Phaedrus-Studien II, Hermes 43, 337–372.*
Thiele, G. 1908a, Die vorliterarische Fabel der Griechen, Neue Jb. f. das klass. Altertum 21, 377–400.
Thiele, G. 1910, Der lateinische Äsop des Romulus und die Prosa-Fassungen des Phädrus. Kritischer Text mit Kommentar und einleitenden Untersuchungen, Heidelberg.
Thiele, G. 1911, Die Phädrus-Excerpte des Kardinals Perotti, Hermes 46, 633–637.

Thiele, G. 1911a, Phaedrus-Studien III, Hermes 46, 376–392.
Thraede, K. 1968, Zu Ausonius Ep. 16, 2 (Sch.), Hermes 96, 608–628.
Tollius, Jac. († 1696), Notae ineditae Jac. Tollii ad Phaedrum, apud Schwabium (1779–1781, III, 142 sqq.).*
Tollius, Jac. 1671, D. Magni Ausonii Burdigalensis Opera, I. T. … recensuit …, Amstelodami.
Tosi, R. 2017, Dizionario delle sentenze latine e greche, ed. aggiornata, Milano.
Traversari, G. 1993, La Tyche da Prusias ad Hypium e la scuola microasiatica di Nicomedia, Roma.
Triller, D. W. 1742, Obseruationum criticarum in uarios Graecos et Latinos auctores libri quatuor, Francofurti ad Moenum.
Ursin, J. H. (Ursinus) 1657, Phaedri Augusti liberti Fabulae Aesopiae, editio noua, Ratisbonae.
Vandaele, H. 1897, Qua mente Phaeder fabellas scripserit, Parisiis.
Viti, P. 2007, I poeti latini e l'Alberti: su alcune fonti degli Apologi, in: R. Cardini, M. Regoliosi (curr.), Alberti e la tradizione. Per lo 'smontaggio' dei 'mosaici' albertiani (Atti del convegno internazionale del Comitato nazionale VI centenario della nascita di Leon Battista Alberti. Arezzo, 23–25 settembre 2004), Firenze, I, pp. 357–381.
Volkmann, H. 1967, Die Basileia als ἔνδοξος δουλεία, Historia 16, 155–161.
Vollgraff, G. 1914, Varia, Mnemosyne, n. s. 42, 444.
Vollmer, F. 1919, Lesungen und Deutungen, III, Sitz. Bayer. Akad., 5. Abhandl., München.
Wagner, W. 1867, Zu Phädrus, RhM 22, 456–457.
Walch (Walchius), Georg Lud. 1815, Emendationes Liuianae, Berolini.
Walch, J. G. (Walchius) 1751, Phaedri Augusti liberti Fabularum Aesopiarum libri quinque, … cura et studio I. G. W., editio quarta, Lipsiae (editiones primam, anno 1713 publici iuris factam, secundam, tertiam non uidi).
Wase (Wasius), Chr. 1672, Phaedri Augusti Caesaris liberti Fabularum Aesopiarum libri quinque, ex recensione Chr. W. in usum scholarum Angliae, Londini.

Weinreich, O. 1931, Fabel, Aretalogie, Novelle. Beiträge zu Phädrus, Petron, Martial und Apuleius, Heidelberg.
West, M. L. 1973, Textual Criticism and Editorial Technique, Stuttgart.
West, M. L. 1974, Studies in Greek Elegy and Iambus, Berlin – New York.
Wilamowitz(-Moellendorff), U. von 1921, Geschichte der Philologie (Einleitung in die Altertumswissenschaft, hrsg. von A. Gercke, E. Norden, I, 1), Leipzig – Berlin.
Williams, G. W. 1959, Dogs and Leather, CR 9, 97–100.
Williams, R. J. 1956, The Literary History of a Mesopotamian Fable, Phoenix 10, 70–77.
Withof, J. H. 1802, Kritische Anmerkungen über Horaz und andere römische Schriftsteller, Düsseldorf.
Zago, G. 2010, La favola esopica delle due bisacce: restauri testuali e note esegetiche a Galeno, De an. aff. dign. et cur. 2,7, a Ps.-Acrone, schol. Hor. sat. 2,3,299, e alla Parafrasi Bodleiana di Babrio, MH 67, 7–17.
Zago, G. 2012, Fedro, Perotti e Lorenzo Astemio. Contributo alla storia del testo delle favole fedriane, Hermes 140, 96–103.
Zago, G. 2012a, Phaedriana, MH 69, 190–193.
Zago, G. 2015, Per la storia e la costituzione del testo delle Favole di Fedro. Un nuovo manoscritto, il Vat. lat. 5190, e un nuovo testimone indiretto, gli Hecatomythia di Lorenzo Astemio, MD 74, 53–118.
Zago, G. 2016, Intorno alla genesi e alla tradizione manoscritta del Romulus, Medioevo e Rinascimento 30, n. s. 27, 1–35.
Zago, G. 2016a, Emendazioni fedriane, MD 77, 101–137.
Zago, G. 2016b, Un verso ignoto di Fedro nell'apografo urbinate dell'Epitome fabellarum di Niccolò Perotti, Medioevo e Rinascimento 30, n. s. 27, 331–334.
Zago, G. 2016c, Prometheus 42, 293–297.
Zago, G. 2017, Ancora sulla tradizione manoscritta di Fedro e del Romulus, Medioevo e Rinascimento 31, n. s. 28, 351–362.
Zago, G. 2018, Aeuum 92, 217–220.
Zago G. 2020, Echi di Ovidio nelle Favole di Fedro, in: R. Poignault, H. Vial (curr.), Présences ovidiennes, Caesarodunum 52–53 bis, Clermont-Ferrand (sub prelo).

Zander, C. 1921, Phaedrus solutus uel Phaedri Fabulae nouae XXX, Lund.
Zorn, F. 1875, Kritisches zu Phaedrus, Blätter f. d. bayer. Gymnasial- und Real-Schulw. 11, 1–7.
Zwierlein, O. 1970, Der Codex Pithoeanus des Phaedrus in der Pierpont Morgan Library, RhM 113, 91–93 (= Lucubrationes philologae, II, 295–296).
Zwierlein, O. 1989, Jupiter und die Frösche, Hermes 117, 182–191 (= Lucubrationes philologae, II, 283–293).*
Zwierlein, O. 2016, Sancite. Eine Emendation des Apollo-Orakels in Phaedr. app. 8, Hermes 144, 221–223.

CONSPECTVS SIGLORVM

CODICES PHAEDRI FABVLARVM

P codex Pithoeanus (New York, Pierpont Morgan Library, M. 906, ff. 33–87), saec. IX$^{3/4-4/4}$ conscriptus, membranaceus. Ff. 33–71, pluribus manibus exaratis, continentur Phaedri fabulae.

R codex Remensis, saec. IX$^{2/4}$ una manu exaratus, membranaceus, anno 1774 combustus. Textus codicis **R** cognoscitur per haec testimonia (uide Praef. § II):

- **R^{R}** testimonia Rigaltii in Phaedri fabularum editionibus annorum 1617 et 1630.
- **R^{s}** lectiones quas Jacobus Sirmond ex **R** deprompsit et in unum folium chartaceum congessit, quod asseruatur Parisiis in Bibliotheca nationali (Baluze 141, f. 211r–u).
- **R^{Sir}** coniecturae quas Sirmondus in folio chartaceo nunc nuper laudato interiecit lectionibus codicis **R**. Coniecturis suis Sirmondus praeposuit compendium ‘F.’ (id est ‘Fortasse’), lectionibus autem codicis **R** compendium ‘V.’ (id est ‘Vetus codex’).
- **R^{g}** lectiones quas διαρρήδην codici **R** tribuit Marquardus Gude in adnotationibus ad Phaedrum publicatis in Petri Burmanni maioris editione Phaedri fabularum typis expressa anno 1698.
- **R$^{?}$** lectiones quae in Gudii adnotationibus a Burmanno 1698 uulgatis notantur compendio “MS”. Quae lectiones a Gudio haustae esse possunt aut ex **R** aut ex **P**.
- **R^{r}** testimonia Dionysii Roche, qui anno 1665 haud pauca ex **R** exscripsit in schidis quae nunc asseruantur Parisiis in Bibliotheca Sorbonae (MS 1170, ff. 3 sqq.).
- **R^{v}** lectiones quas διαρρήδην codici **R** attribuit Jacobus Claudius Vincent. Hic uir doctus instituit collationem codicis **R** et Phaedri fabularum editionis quae Parisiis apud uiduam Brocas anno 1743 prodierat. Vincentii collationem publici iuris fecit Berger de Xivrey 1830. Vide etiam quae infra ad siglum **r** explicandum scribam.

ρ editio Parisiensis apud uiduam Brocas anno 1743 uulgata, quacum Jacobus Cl. Vincent, ut supra dixi, contendit codicem **R**. Siglum **ρ** apposui lectionibus Brocasianae editionis quae e Vincentii silentio codici **R** assignari possunt.

Δ lectiones editionis Phaedri fabularum a Petro Danet anno 1726 in lucem emissae quae e Jacobi Cl. Vincent silentio codici **R** attribui possunt. Nam ab editione apud uiduam Brocas impressa (**ρ**), qua Vincentius usus est in collatione facienda, nonnullae fabulae absunt; harum igitur textum quem **R** exhibebat idem Vincentius cum Daneti editione comparauit.

$\mathbf{R^b}$ testimonia Gabrielis Brotier in Phaedri editione anni 1783 (cf. Praef. adn. 190).

$\mathbf{R^p}$ fabulae de uulpe ad personam tragicam (Phaedr. 1, 7) imago a Le Vacher, bibliothecario Remensi, delineata et cum N.-A. Pluche communicata; quam imaginem ipse Pluche aeri incidendam curauit et anno 1746 edidit.

$\mathbf{R^f}$ specimina quae ex **R** anno 1769 Jacobus Cl. Vincent palaeographica fide descripsit charta pellucida usus.

r correctiones codicis **R** uetustae, per testimonia Vincentii a Bergero de Xivrey edita notae. Quotienscumque hae correctiones in apparatu critico laudantur, totiens siglum $\mathbf{R^v}$ idem significat quod '**R** ante correctionem teste Vincentio'.

D codex Reginensis Latinus 1616, qui in bibliotheca Vaticana asseruatur, membranaceus. Ff. 17r–18r, saec. IX$^{2/3}$ exaratis, continentur octo fabulae libri primi Phaedri fabularum (11, 12, 13, 17, 18, 19, 20, 21).

N codex Neapolitanus siue Perottinus (Napoli, Biblioteca Nazionale, IV F 58), testis unicus Nicolai Perotti 'Epitomes fabellarum Aesopi Auieni et Phaedri', chartaceus, post a. 1474, ut uidetur, exaratus. Codex autographus est. Insunt 63 Phaedri carmina, poematis aliquot Auiani et Perotti ipsius intermixta. **N** ita madore ac situ corruptus est ut locis permultis ne Lyncea quidem oculorum acie legi queat. Lacunae tamen

expleri possunt ope duorum codicum ex **N** nondum pessumdato descriptorum:

V hac littera notatur codex Vrbinas Latinus 368, membranaceus, circa a. 1482 a Federico Veterano exaratus, qui continet ff. 100–146 Perottinam fabellarum epitomen totam et integram.

U codex Vrbinas Latinus 301, chartaceus, inter annos 1477 et 1480 exaratus, testis unicus Perotti ‘Cornus copiae’. Hic codex non est autographus; Perottus tamen sua ipsius manu multa addidit, multa correxit. Continet duas Phaedri fabulas, a calligrapho exscriptas, 3, 17 f. 644r, app. 4 f. 126r–u.

Vbi scriptura codicis **N** euanuit respicienda sunt etiam quae de eo priores rettulerunt. Quapropter in meo apparatu critico citantur:

N^{o} sylloges fabellarum Perottinae exemplar quod ex **N** Jacobus Philippus D’Orville anno 1727 sua ipsius manu descripsit; quod exemplar nunc Oxonii in bibliotheca Bodleiana asseruatur (ms. D’Orville 524).

N^{b} codicis **N** lectiones publici iuris factae a Petro Burmanno maiore in praefatione ad Phaedri fabularum editionem quae Leidae anno 1727 prodiit ipso curante; quas lectiones ad Burmannum transmiserat Dorvillius.

N^{i} codicis **N** editio a Cataldo Iannelli curata (= Iannelli 1809).

N^{d} codicis **N** lectiones a Dominico Bassi allatae in Phaedri fabularum editione anno 1918 impressa.

n uide, quaeso, ad 3, 13.

M codex Vaticanus Latinus 5190, chartaceus. Ff. 111r–125r, saec. xv^{2} duabus manibus exaratis, continentur 22 Phaedri fabulae, quae carminibus aliquot Auiani interponuntur. Altera manus, prioris fere aequalis, f. 125r addidit Phaedr. 3, 9 et 3, 10, 1–16.

TESTES PARAPHRASIS **T**

Π P. Oxy. 1404, saec. III exarata.

Y^L pars fabularum 'Pseudodositheanarum' codice Leidensi (Leiden, Bibliotheek der Rijksuniversiteit) Voss. Gr. Q. 7, membranaceo, saec. $\text{IX}^{2/4}$ conscripto, traditarum quae ex **T** pendet.

Y^P pars fabularum 'Pseudodositheanarum' codice Parisiensi (Paris, Bibliothèque nationale de France) Lat. 6503, membranaceo, saec. $\text{ix}^{3/4}$ exarato, traditarum quae ex **T** pendet.

B codex Londiniensis (London, British Library) Burneianus 59, saec. $\text{XI}^{1/4}$ exaratus, membranaceus.

Ad codex Leidensis (Leiden, Bibliotheek der Rijksuniversiteit) Voss. Lat. O. 15, membranaceus, ab Ademaro Cabannensi († 1034) exaratus. Insunt fabulae quae de **T** per **χ** huc fluxerunt, fabulae quae ex **Ph** pendent. Fabulae quae ex **χ** deriuatae sunt siglo **Ad^{χ}** a me designantur, ceterae **Ad^{Ph}**. Fabellae aliquot textum contaminatum praebent: has **$Ad^{Ph\chi}$** denoto si textum paraphrasis **Ph** interpolatum ex lectionibus codicis **χ** exhibent; **$Ad^{\chi Ph}$** si textum codicis **χ** contaminatum lectionibus paraphrasis **Ph**.

F codex Laurentianus (Firenze, Biblioteca Medicea Laurenziana) Ashburnhamianus 1555, membranaceus, saec. XIII^1 conscriptus.

Mn codex Cenomanensis (Le Mans, Médiathèque Louis Aragon) 84, membranaceus, saec. XIII^2 conscriptus.

S hoc siglo insigniuntur fabulae soluta oratione conscriptae quas Henricus Steinhöwel ex nescioquo codice nunc deperdito desumpsit et in 'Esopo' suo circa a. 1476–1477 edidit.

Wi codex Vindobonensis (Wien, Österreichische Nationalbibliothek) 901, membranaceus, saec. XIII^2 exaratus. Aliae fabulae Aesopiae prosa oratione conscriptae quae hoc codice continentur textum codicis **σ** exhibent (= **Wi^{σ}**), aliae textum codicis **τ** (= **Wi^{τ}**), reliquae textum contaminatum: has siglo

Wi$^{\sigma\tau}$ insigniui si fons primarius est **σ**; sin autem fons primarius est **τ**, siglo **Wi**$^{\tau\sigma}$.

Fr codex Francofurtensis (Frankfurt am Main, Universitätsbibliothek) Praed. 60, chartaceus, inter annos 1442 et 1444 a J. Streler conscriptus. Insunt fabulae Aesopiae, anno 1443 exaratae, quarum pars ex **χ** pendet (= **Fr**$^{\chi}$), pars ex **ι** (= **Fr**$^{\iota}$).

H codex Guelf. (Wolfenbüttel, Herzog August Bibliothek) 699 Helmst., chartaceus, saec. XV$^{1/3}$ exaratus. Siglo **H**$^{\upsilon}$ notantur fabulae quae ex **υ** deriuatae sunt.

E codex Berolinensis (Berlin, Staatsbibliothek, Preussischer Kulturbesitz) Lat. O. 87, saec. XIII^{2} exaratus, membranaceus.

Vi codex Vindobonensis (Wien, Österreichische Nationalbibliothek) 303, membranaceus, saec. XIII$^{3/4}$ exaratus.

Mk codex Mellicensis (Melk, Stiftsbibliothek) 1916, saec. XV$^{3/4}$ conscriptus, chartaceus.

L Anonymi ‘Liber de moribus egregiisque dictis omnium philosophorum et poetarum’ (saec. XIV^{med}), ubi capiti de uita Aesopi subiunguntur fabulae prosariae ex **o** ascitae. In **L** textus codicis **o** saepissime contaminatus est textu cuiusdam codicis Gualterii Anglici fabularum, interdum lectionibus nesciocuius libri manu scripti Phaedri carminum nunc deperditi (= **ζ**). Hos codices nondum typis excusi ‘Libri de moribus’ contuli:

- **L**^{a} codicem Monacensem (München, Bayerische Staatsbibliothek) Clm 26781, chartaceum, anno 1441 exaratum,
- **L**^{b} codicem Monacensem (München, Bayerische Staatsbibliothek) Clm 14129, chartaceum, circa a. 1450 conscriptum.

W codex Guelf. (Wolfenbüttel, Herzog August Bibliothek) Gud. Lat. 148, membranaceus, saec. IX$^{4/4}$ exaratus.

TESTES PARAPHRASIS **Ph**

Ad$^{\mathbf{Ph}}$ testis fere unicus; uide quae supra ad siglum **Ad** explicandum scripsi.

H$^{\Phi}$ in una fabula accedit codex **H** (de quo uide supra), nam λόγος de uulpe et aquila (cf. Phaedr. 1, 28) in **H** ex **Ph** et **χ** per **Φ** defluxit; in altera fabula (cf. Phaedr. 1, 8) **H** praebet textum codicis **υ** contaminatum paraphrasi **Ph** (= **H**$^{\upsilon\Phi}$); cf. Praef. § V.

LIBRI MANV SCRIPTI DEPERDITI

δ fons codicum **P R**

θ fons codicis **δ**

ν fons **D Ph**

λ consensus codicum **N M**; hoc siglo utor si **N** legi potest et cum **M** conspirat

μ antigraphum codicis **M**

Y fons **Y**$^{\mathbf{L}}$ **Y**$^{\mathbf{P}}$

υ fons **B Mn H**$^{\upsilon}$

σ fons **υ F Wi**$^{\sigma}$

ξ fons **σ S**

χ fons **ξ Ad**$^{\chi}$ **Fr**$^{\chi}$

η fons **Vi Mk**

ο fons **L**$^{\mathbf{ab}}$ **η**

τ fons **Wi**$^{\tau}$ **E**

ε fons **ο τ**

κ fons **χ ε**

ι fons **W Fr**$^{\iota}$

T fons **κ ι** (**W**); accedit interdum **Y**, et in fabula de cane et carne (cf. Phaedr. 1, 4) **Π**

α fons **ν λ T**

φ fons **θ α**, id est liber archetypus

ζ uide quae ad **L** adnotaui

Φ cf. Praef. § V

SIGLA CETERA

R^{sgrv} **R**^{s} **R**^{g} **R**^{r} **R**^{v}

N^{obid} **N**^{o} **N**^{b} **N**^{i} **N**^{d}

P^{c} hoc et similibus siglis correctiones denotantur librarii ipsius uel manuum librario fere aequalium

W^{2} manus recentior in **W**

⟨aaa⟩ litterae e coniectura additae

⟨***⟩ lacuna unius uersus

***** quot uersus exciderint incertum

[aaa] litterae delendae

(aaa) litterae per compendium expressae

⟦aaa⟧ litterae a librario aut correctore deletae

`aaa´ litterae a librario se ipso corrigente insertae aut additae a diorthota

{ textus hinc periit

} hinc codex denuo legi potest

{. . .} tres litterae deperditae

. . . trium litterarum uestigia dubia

ạạạ tres litterae incertae sed non prorsus dubiae

⌊aaa⌋	litterae deperditae sed ex alio testimonio redintegratae
‖	finis lineae in codice
/	finis uersus
…	unum pluraue uerba breuitatis causa consulto praetermisi
f. 1r[a]	columna prior folii 1 recti (uel, si mauis, aduersi)
f. 1u[b]	columna altera folii 1 uersi (uel, si mauis, auersi)
l. red.	litteris redintegratis
u. l.	uaria lectio

Quod ad compendia attinet quibus in locis similibus colligendis utor cf. Praef. § XII. De nominibus operibusque uirorum doctorum uide Praef. adn.* et ea quae Indici philologorum praemisi.

PHAEDRI
FABVLARVM AESOPIARVM

LIBER PRIMVS

PROLOGVS

Aesopus auctor quam materiam repperit,
hanc ego poliui uersibus senariis.
Duplex libelli dos est: quod risum mouet
et quod prudentis uitam consilio monet.
5 Calumniari si quis autem uoluerit,
quod arbores loquantur, non tantum ferae,
fictis iocari nos meminerit fabulis.

P 1, 1, **R** 1, 1 (totum prologum exhibet **R**^{f}) /// nonnulla hinc hausta occurrunt in *Epistula Romuli ad Tiberinum filium* (cf. Thiele 1910, 2 sqq.; 356), quae deest in **W**, erat in **κ**, unde per **χ** defluxit in **Ad**^{χ} **Fr**^{χ} **ξ** (fontem **S F B Mn**), per **ε** autem in **L**^{ab} **Vi E**. Ecce quae in *Epistula Romuli* hunc Phaedri prologum redolent: *Aesopus … inducit aues, arbores, bestias et pecora loquentes … si autem legeris, Tiberine fili, inuenies apposita loca* (*ioca* **F**; in **Ad**^{χ} inter lineas supra *loca* eadem manus scripsit *uel io*), *quae tibi moueant risum et acuant satis ingenium*

Cf. Babr. prol. I **1–2** *materiam … poliui* cf. Cic. orat. 185 **2–3** *poliui … libelli* cf. Catull. 1, 1 sq. **3–4** cf. Hor. art. 333 sq.; 343 sq.; uide etiam locos de fabula Aesopia quos collegit van Dijk 1997, 38 sqq.; 400 sqq. | Dubium utrum Auiani epistula ad Theodosium et Auson. epist. 9b Green, 92 sq. ex ipso Phaedri prologo pendeant an ex **T**, unde, opinor, **κ** deprompsit *Epistulam Romuli ad Tiberinum filium* (de qua uide, sis, quae in apparatu fontium textus monui)

Deest **R**^{v} | ITE *(sic)* Θ LIB(ER) FABVLARVM ‖ FEDRI AVGVSTI LIBERTI LIB *(sic)* FABVL(A)RV *(sic)* **P**, *illo, quod uocem* ITE *excipit,* Θ LIB(ER) FABVLARVM *addito recentiore manu, sine dubio bibliothecarii cuiusdam, nam* Θ *uidetur "la cote ancienne du manuscrit" (Robert, 181)* : FEDRI AVGVSTI LIBERTI LIBER FABVLARVM **R**^{rf}*; cum adnotata ad 1, 11 perlegeris, scies quemadmodum Phaedri liber I inscribatur in* **D***; uulgo, inde a Pithoeo,* FABVLARVM AESOPIARVM *editur, rectissime, cf. enim 4 prol. 10 sqq.* | *Huius prologi titulus desideratur* **2** ego **R**^{f} : e⟦ .⟧go **P**^{c} *(nescio an* **P** *ante rasuram* ergo *exhibuerit)* **3** dos **R**^{sRgrf} : os **P** : mos **P**^{c} **4** prudentis **PR**^{fb}, *def. Tacke, 7–11* : prudenti *Bongars (uide etiam Gebhard, 74 sq.)*

I
[LVPVS ET AGNVS]

Ad riuum eundem lupus et agnus uenerant,
siti compulsi. Superior stabat lupus
longeque inferior agnus. Tunc fauce improba
latro incitatus iurgii causam intulit:
5 "Cur" inquit "turbulentam fecisti mihi
aquam bibenti?" Laniger contra timens:
"Qui possum, quaeso, facere quod qu⟨er⟩eris, lupe?
A te decurrit ad meos haustus liquor."
Repulsus ille ueritatis uiribus:
10 "Ante hos sex menses tu maledixisti mihi."
Respondit agnus: "Equidem natus non eram."
"Pater hercle tuus ⟨hic⟩" inquit "maledixit mihi."

P 1, 2, **R** 1, 2 /// **Ph** (**Ad**[Ph] 3 Th), **T** 3 Th (**W**; **Fr**[χ] **S F B Mn**; **L**[ab] **Vi Mk Wi**[τ] **E**)

Cf. Aes. 222 C (160 H; 155 P); Babr. 89; Tetr. 1, 33 M; Gr. Nyss. ad Eust. de sancta trin. (op. dogm. min. I, p. 4, 10 sqq. Mueller); uide etiam Oberg 1996, 151 sq. **3–4** cf. Publil. M 28

Deest **R**[v] | LVPVS ET AGNVS **P** **3** fauce **R**[Rr] **Ad**[Ph] **κ** **W**[2] *(ex* facie, *ut uidetur)* : face **P** **5** cur **Ad**[Ph] **ε** : quur **P** : quare *Brenot, astipulante Krischan 1954, 77 sq.* | inquit **P**[c] : im- **P** | fecisti mihi *Rigault 1617,* **Ad**[Ph] : mihi fecisti **P** **7** *suppl. Pithou;* queris **P** **10** tu maledixisti *Zago 2016a, 103 sq.* : ait maledixisti **PR**[g] : at maledixisti **R**[r] : male" ait "dixisti *Grotius, 647, plaudentibus editoribus plerisque atqui metro labante* **12** ⟨hic⟩ *(adu. loci)*" inquit *Tacke, 11 sqq.* : ⟨ille⟩ inquit *edidit, multis probantibus, Bothe 1803, iniuria, etenim Phaedrus dicit* inquit ille, *non* ille inquit *(uide 3, 7, 9; 5, 20, 11; app. 30, 5)* : ⟨ibi⟩" inquit *Langen, 201; Tackii coniecturam recepi coll.* **ε**, *ubi tale quiddam exstabat quale est* ergo et pater tuus hic *(*hic *exhibebat* **o**, *omisit errore* **τ***)* fuit ante sex menses qui mihi pari modo fecerat*; uide etiam* **F**, *ubi inuenies* ergo et pater tuus fuit ante sex menses hic et ita fecit mihi; *incertum tamen an* **T** hic *exhibuerit, nam* **W** *loco de quo agimus manu altera ita correctus est ut nihil certi de pristina lectione affirmari possit; equidem ex illo quod nunc dispicitur* et pater inquit tuus ante sex menses⟦ . . . . . ⟧dixit mihi *elicuerim* "et pater" inquit "tuus ante sex menses maledixit mihi". *Codicum autem ex* **χ** *pendentium nullus praeter* **F**, *quem hoc sicut aliis locis ex* **ε** *interpolatum esse opinor, uoculam praebet, quippe* **S** *habet* et ante sex menses ita pater tuus mihi fecit, **Fr**[χ] **B Mn** ergo pater tuus fuit ante sex menses et ita fecit mihi *(in* **Fr**[χ] et *deest;* **Mn** *dat* mihi fecit*); fortasse cogitari potest etiam de* ⟨olim⟩" inquit

Atque ita correptum lacerat iniusta nece.
Haec propter illos scripta est homines fabula
15 qui fictis causis innocentes opprimunt.

II
[RANAE REGEM PETIERVNT]

Athenae cum florerent aequis legibus,
procax libertas ciuitatem miscuit
frenumque soluit pristinum licentia.
Hic conspiratis factionum partibus
5 arcem tyrannus occupat Pisistratus.
Cum tristem seruitutem flerent Attici,
non quia crudelis ille, sed quoniam graue
omnino insuetis onus, et coepissent queri,
Aesopus talem tum fabellam rettulit:
10 "Ranae uagantes liberis paludibus
clamore magno regem petiere ab Ioue,
qui dissolutos mores ui compesceret.
Pater deorum risit atque illis dedit
paruum tigillum, missum quod subito uadi
15 motu sonoque terruit pauidum genus.

P 1, 3, **R** 1, 3 /// **Ph** (**Ad**$^{\mathbf{Ph}}$ 27 Th), **T** 27 Th (**W**; **Fr**$^{\chi}$ **S F H**$^{\upsilon}$ **B Mn**; **L**$^{\mathbf{ab}}$ **Vi Mk Wi**$^{\tau}$ **E**)

Cf. Arist. rhet. 1393b 8 sqq.; uide Adrados 1984; Adrados–van Dijk 2003, 61 sqq. **1–5** cf. Cic. de rep. 1, 67 sq. | **1** cf. Sen. epist. 90, 6 **4–7** *hic … ille* cf. Herodot. 1, 59, 3 sqq. **10–30** cf. Aes. 66 C (44 H; 44 P); uitae Aesopi caput 125 (rec. **G**, pp. 73 sq. Perry 1952; rec. **W**, p. 104 Perry 1952; uide etiam Papathomopoulon 1990, 165; 1999, 133, 198; Ferrari 1997, 242; Karla 2001, 229); Dio. Chr. or. 8, 36; Seru. ad Verg. georg. 1, 378

Vsque ad Ioue *(u.* **11***) deest* **R**$^{\mathbf{v}}$ | RANAE REGEM PETIERVNT **P** **4** hic **PR**$^{\mathbf{g}}$: hinc *Pithou* | factionum partibus **P***; per 'factionum partes' nihil aliud intellegendum nisi* ἑταιρεῖαι *ciuium Atticorum, quae "sociarunt se paullatim aliae cum aliis, et sic tandem in tres illas maiores factiones abierunt, quae rempublicam pessum dedere" (Jo. Lud. Hag. Baro de Wassenaer apud Fellenberg, 422)* **7** graue *Pithou, qui uu.* **7–8** *recte distinxit (cf.* **ε** hoc illis graue onus erat*;* **χ** graue illis pondus erat*)* : grauis **PR**$^{\mathbf{g}}$ **8** insuetis *trisyllabice pronuntiandum; de interpunctione post* onus *uide Zwierlein, 187 sq.* | et **PR**$^{\mathbf{r}}$ *(*est **R**$^{\mathbf{g}}$*)* : esset **P**$^{\mathbf{c}}$ **11** petiere **P**$^{\mathbf{c}}$: petere **P** | a **P Ad**$^{\mathbf{Ph}}$*, sed cf. 5, 16, 1* ab Ioue *(***PR**$^{\mathbf{r}}$**ρ***)* **12** *incohat* **R**$^{\mathbf{v}}$ | ui **ρ** : ut **P**

Hoc mersum limo cum lateret diutius,
forte una tacite profert e stagno caput
et explorato rege cunctas euocat.
Illae timore posito certatim adnatant
20 lignumque supra turba petulans insilit.
Quod cum inquinassent omni contumelia,
alium rogantes regem misere ad Iouem,
inutilis quoniam esset qui fuerat datus.
Tum misit illis hydrum, qui dente aspero
25 corripere coepit singulas. Frustra necem
fugitant inertes, uocem praecludit metus.
Furtim igitur dant Mercurio mandata ad Iouem,
afflictis ut succurrat. Tunc contra deus:
'Quia noluistis uestrum ferre' inquit 'bonum,
30 malum perferte.' Vos quoque, o ciues," ait
"hoc sustinete, maius ne ueniat, malum."

16–17 cf. Ou. met. 6, 369–372 **29–30** *ferre ... perferte* cf. Sen. Thy. 307

16 hoc *(***Pρ***) non* tigillum *sed* pauidum genus | lateret *Heusinger, probante Zwierlein, 188–190; cf.* **Ad**[**Ph**] mersae *(sc.* ranae*)* limo cum laterent diutius*;* **W** ranae ... se diutius absconderent *(*-runt **W**[c]*)* : iaceret **Pρ** **18** euocat **Pρ** : aduocat **Ad**[**Ph**] **κ** : uocat **W** : uocat ad **W**[2] **20** supra **ρ** **Ad**[**Ph**] **W** : super **PR**[?], *cf.* **χ** ascendunt super illud *(*eum **Fr**[χ]*);* **ε** supersalientes *(*-sil- **E***;* super trabem salientes **L**[ab]*)* **22** rogantes **P**[c]**ρ** : rogangantes **P** : rogatum *Bentley* **26** inertes **Pρ** **Ad**[**Ph**] : inermes *Gude* | uocem **Pρ** : uocesque **Ad**[**Ph**] *(in* **α** *forsitan fuerit* uoces*)* **30** o **ρ**, *om.* **P** **31** ueniat **Pρ** : adueniat **Ad**[**Ph**]

III
[GRAGVLVS SVPERBVS ET PAVO]

Ne gloriari libeat alienis bonis
suoque potius habitu uitam degere,
Aesopus nobis hoc exemplum prodidit.
Tumens inani gragulus superbia
5 pennas pauoni quae deciderant sustulit
seque exornauit. Deinde contemnens suos
se [im]miscuit pauonum formoso gregi.
Illi impudenti pennas eripiunt aui
fugantque rostris. Male mulcatus gragulus
10 redire maerens coepit ad proprium genus,
a quo repulsus tristem sustinuit notam.

P 1, 4, **R** 1, 4 /// **Ph** (**Ad**[Ph] 45 Th), **T** 45 Th (**W**; **Fr**[χ] **S F Wi**[σ] **B Mn**; **L**[ab] **Vi Mk E**)

Cf. Aes. 162 C (125 H; 123 P); 163 C (103 H; 101 P); 334 C (244 H; 219 P); Babr. 72; Tetr. 1, 29 M; Hor. epist. 1, 3, 15 sqq.; uide Adrados–van Dijk 2003, 133–137; 160; 308 sq.; 425; Champlin 2005, 117 sq. **1–2** cf. Sen. epist. 41, 7 *nemo gloriari nisi suo debet* **9** ad hunc Phaedri uersum respexisse uidetur Al. Neq. nou. Aes. 12, 6 *(rostris hunc fugat)*, nam in paraphrasibus (**Ad**[Ph] **T**) *rostris* deest

GRAGVLVS S. ET P. **P** : GRACVLVS SVPERBVS **R**[v] **2** suoque **Pρ χ**, *cf.* **W**, *ubi* suaque *reperies barbare cum* modico *iunctum* : suo quin *Meursius, cf.* **Ad**[Ph] suis quin*, in uerborum comprehensione* ne libeat gloriari quemquam bonis alienis · suis quin p(otius) uiuere malle : suoque ⟨ut⟩ *Havet, sed nihil addendum opinor, nam Phaedrus hoc loco, quocum cf. 5, 18, 31 sq. (ubi uide quae adnotaui), utitur zeugmate, quod patet ita soluendum esse: 'Aesopus nobis hoc exemplum prodidit ut, potius quam gloriari alienis bonis, libeat suo habitu uitam degere'* **7** se [im]miscuit *Burman 1718* : immiscuit se **P** *(ubi* inm-*)* **R**[v] : se immiscuit *post Bongarsium Heinsius in epistula quadam ad Schefferum a. 1662 (Burman 1727a, V, 39)* : immiscet se *Marcilius, 119 (ad Hor. epist. 1, 3, 19); ad emendationem Burmanni tuendam paraphrases allegari possunt, cf. enim* **Ad**[Ph] miscuit se, **W**[2] se miscuit *(om.* **W***),* **χ** miscuit se *(*se miscuit **S***),* **ε** miscens se *(sed* se inmiscens **L**[ab]*)* **9** mulcatus **R**[sg] *(cf.* **κ** sauciatus*; uide etiam Aes. 162 C* παίοντες*)* : multatus **Pρ Ad**[Ph] **11** repulsus **Pρ Ad**[Ph] : repulsae *Tollius (cf. Tollium 1671, 337)* | notam **Pρ** *(cf.* **Ad**[Ph] **W***)* : noticiam **P**[c]

Tum quidam ex illis quos prius despexerat:
"Contentus nostris si fuisses sedibus
et quod natura dederat uoluisses pati,
15 nec illam expertus esses contumeliam
nec hanc repulsam tua sentiret calamitas."

12 tum **Pρ** : tunc **Ad**[Ph] **T** *(*tunc, *opinor,* **α** *exhibebat)* : nam *Önnerfors, 448 (u.* **11** repulsus *seruato)*

IV
[CANIS PER FLVVIVM CARNEM FERENS]

Amittit merito proprium qui alienum appetit.
Canis per flumen carnem cum ferret, natans
nympharum in speculo uidit simulacrum suum,
aliamque praedam ab altero ferri putans
5 eripere uoluit; uerum decepta auiditas
et quem tenebat ore dimisit cibum
nec quem petebat dente potuit tangere.

P 1, 5, **R** 1, 5 /// **Ph** (**Ad**$^{\mathbf{Ph}}$ 6 Th), **T** 6 Th (**Π**; **Y**$^{\mathbf{LP}}$; **W**; **Fr**$^{\chi}$ **S F H**$^{\upsilon}$ **B Mn**; **L**$^{\mathbf{ab}}$ **Vi Mk Wi**$^{\tau}$ **E**)

Cf. Aes. 186 C (136 H; 133 P); Babr. 79; Aphth. 35 H; Tetr. 1, 9 M; Synt. 28 H; Democr. B 224 DK; uide etiam Adrados–van Dijk 2003, 174 sqq. **1** cf. Plaut. Pseud. 685; Iustin. 39, 1, 3; [Caecil. Balb.] 12 (Publil. ed. Friedr. p. 81); Tosi 2017, sub lemmate 2278 **2** respexit, opinor, Gualt. Angl. 5, 1 *nat canis*, namque nec ullus codicum ex **κ** pendentium fingit canem natare, nec **W** nec **Y**$^{\mathbf{LP}}$ nec **Π** nec **Ad**$^{\mathbf{Ph}}$

CANIS PER FLVVIVM CARNEM FERENS **PR**$^{\mathbf{v}}$ **2** cum *Scheffer,* **Ad**$^{\mathbf{Ph}}$ **W** : dum **Pρ** | *post* ferret *interpunxit Postgate 1918b, 384, trahens* natans *ad* simulacrum suum*, coll. Stat. Theb. 2, 42* ingens medio natat umbra profundo*; uulgo distinguunt post* natans*, inepte, nam quilibet canis, si quid ore tenet, capite natat sursum elato nec simulacrum suum uidere potest aquarum in speculo; si autem in aquam despicere uult, caput ei demittendum et os mergendum, ita ut simulacrum rei quae ore tenetur aqua reddi nequeat; puto igitur canem Phaedrianum flumen non quidem tranare, sed uado transire. De paraphrasibus huius fabellae uide, sis, quae ad u.* **2** *in apparatu locorum similium adnotaui; Gualt. Angl. 5, 1 (*nat canis *eqs) male intellexit Phaedri locum de quo disputamus* **3** nympharum in speculo *scripsi, coll.* **Ad**$^{\mathbf{Ph}}$ nimpharum speculo : lympharum in speculo **Pρ** : nympharum speculo *Zander,* XXVIII*, sed* in *non modo* **δ** *praebuisse uidetur, uerum etiam* **α**, *cf. enim* **Π** cum in aquam *(sic)* uidisset umbram, **W** umbra *(sic)* ut uidit in aqua, **κ** umbram cum uidisset in aqua*; uocem* nymphas *reperimus usurpatam pro* aquas *et a librario quodam deprauatam in* lymphas *uersu 67 Dirarum, de quo uide Fraenkel, 148* **4** altero *Cunningham,* **Ad**$^{\mathbf{Ph}}$ *(cf.* **Π** existima{u}ịṭ aḷteṛa⟨m⟩*, ubi papyrus desinit)* : alio **Pρ** : alio ⟨cane⟩ *Bentley (uide etiam Harium)* **7** dente potuit tangere *scripsi, coll.* **Ad**$^{\mathbf{Ph}}$ non potuit … tangere dente*, Al. Neq. nou. Aes. 13, 3* dum dentibus appetit*, Hor. serm. 2, 6, 87 (*tangentis male singula dente superbo*)* : adeo potuit attingere **PR**$^{\mathbf{r}}$**ρ** : potuit adeo attingere *Rigault 1617, 69* : adeo potuit tangere *Hare* : potuit dente attingere *Orelli (cf. Grosse, 783)*

V
[VACCA ET CAPELLA OVIS ET LEO]

Numquam est fidelis cum potente societas;
testatur haec fabella propositum meum.
Vacca et capella et patiens ouis iniuriae
socii fuere cum leone in saltibus.
5 Hi cum cepissent ceruum uasti corporis,
sic est locutus partibus factis leo:
“Ego primam tollo, nominor quoniam leo;
secundam, quia sum fortis, tribuetis mihi;
tum, quia plus ualeo, me sequetur tertia;
10 malo afficietur si quis quartam tetigerit.”
Sic totam praedam sola improbitas abstulit.

P 1, 6, **R** 1, 6 /// **Ph** (**Ad**$^{\mathbf{Ph}}$ 8 Th), **T** 8 Th (**W**; **Fr**$^{\chi}$ **S F H**$^{\upsilon}$ **B Mn**; **L**$^{\mathbf{ab}}$ **Vi Mk E**; **Wi**$^{\tau}$ interpolatus est ex **o**)

Cf. Aes. 210 C (154 H; 149 P); Babr. 67 (unde pendet Aes. 208 C); fab. dact. 5; 21 (edidit Crusius 1897, 216; 220); Tetr. 1, 41; 48 M; P. Lugd. Bat. inv. 17 (P. Lugd. Bat. XXV 5; Mertens–Pack[3] 2652.010); uide etiam Oberg 1996, 162 sq.; Tosi 2017, sub lemmatibus 1239 sq. | An Cassius Longinus (PIR[2], C 501), cum de societate leonina dissereret (cf. dig. 17, 2, 29, 2), ad hanc Phaedri fabulam respexerit incertum **1** spectauit Auian. 11, 10 **11** spectauit Querol. 54 (ed. Jacquemard–Le Saos) *omnes ... fructus paucorum improbitas capit*

VACCA ET CAPELLA OVIS ET LEO **PR**$^{\mathbf{v}}$ **7** quoniam *Richterus, 64, astipulante Tacke, 18 sqq.* : quia **Pρ Ad**$^{\mathbf{Ph}}$: ut **T**; *collato Babriano loco* ‘τὴν μὲν αὐτός’ φησί ‘λήψομαι πρώτην· / βασιλεὺς γάρ εἰμι’ *(67, 5 sq.) ac* quia *seruato alii alia coniecerunt, uelut* nomine hoc quia rex ego *(Shackleton Bailey, 451); quamquam ingeniosa, displicent tamen huiusmodi conamina utpote quae a traditis longissime absint. Sunt qui ad tuendam Richteri coniecturam afferant Al. Neq. nou. Aes. 9, 6a* sumo prior partem, quoniam leo nuncupor, unam*; atqui ibi non liquet utrum* quoniam *ex antiquo fonte depromptum sit an metri causa pro* quia *uel* ut *repositum* **8** fortis **Pρ Ad**$^{\mathbf{Ph}}$ *(cf.* **κ W**^{2} fortior*; om.* **W***), retinendum monuit Tacke, 18 sqq.* : socius *Withof, 99 sqq., coll. Babr. 67, 6 sq.* λήψομαι δὲ κἀκείνην / ὡς ἐξ ἴσου κοινωνός : consors *Gow* **10** malo **PR**$^{\mathbf{v}}$ *(cf. Babr. 67, 8* κακόν τι*)* : male **Ad**$^{\mathbf{Ph}}$ | adficietur **Pρ** : adfligetur *Gude, coll. 1, 11, 10, ubi uide adnotationem meam*

VI
[RANAE AD SOLEM]

Vicini⟨s⟩ furis celebres uidit nuptias
Aesopus, et continuo narrare incipit:
“Vxorem quondam Sol cum uellet ducere,
clamorem ranae sustulere ad sidera.
5 Conuicio permotus quaerit Iuppiter
causam querelae. Quaedam tum stagni incola:
‘Nunc’ inquit ‘omnes unus exurit lacus
cogitque miseras arida sede emori.
Quidnam futurum est si crearit liberos?’”

P 1, 7, **R** 1, 7 /// **T** 10 Th (**W**; **Ad**$^{\chi}$ **Fr**$^{\chi}$ **S F B Mn**; **L**^{ab} **Vi Wi**$^{\tau}$ **E**)

Cf. Aes. 128 C (314 P); Babr. 24; Tetr. 1, 12 M **4** cf. Verg. Aen. 2, 222 et 338, ad quos uu. uide Horsfall 2008 **5–6** cf. Colum. 10, uu. 11–12

RANAE AD SOLEM **P** *(ubi* RANE*)* **ρ** **1** *suppl. Havet, cf.* **W** uicini qui erant illi frequentare nuptias *(*u. q. e. furi frequentabant n. **W**^{2}*)*, **χ** u. q. e. furi frequentabant illi *(barbare pro* illius*)* n., **ε** u. q. e. furis frequentabant n.*; uide etiam Zwierlein, 190 sq.* **2** *post hunc uersum lacunam statuit Postgatius (cf. etiam Postgate 1918a, 266), duce Hartmanno, 44–46* **3** sol cum *(*quum **ρ***)* uellet **PR**^{s}**ρ**, *cf.* **W** sol cum uellit *(*s. c. uellet **W**^{2}*)* : solem uelle **P**^{c} **5** conuicio **ρ** *(*cumuitio **P**, *ex* cam-*)* : conuiciis **T** **8** cogitque *Pithou, cf.* **W** sol ... cogit omnia petere *(*sol ... c. o. perdere **W**^{2}*; equidem censeo* petere *ex* perire *ortum)* : cogetque **PR**^{v} | emori **PR**^{g} : mori **ρ** **9** crearit *Pithou (*creauerit **T***)* : crearet **PR**^{v}

VII
[VVLPIS AD PERSONAM TRAGICAM]

Personam tragicam forte uulpes uiderat:
“O quanta species” inquit “cerebrum non habet!”
Hoc illis dictum est quibus honorem et gloriam
Fortuna tribuit, sensum communem abstulit.

P 1, 8, **R** 1, 8 (totam fabulam exhibet **R**^{p}) /// **T** 44 Th (**W**; **Fr**$^{\chi}$ **S F Wi**$^{\sigma}$ **H**$^{\upsilon}$ **B Mn**; **Vi E**)

Cf. Aes. 43 C (27 H; 27 P)

VVLPIS AD PERSONAM TRAGICAM **PR**^{pv} **2** inquit cerebrum **PR**^{p}**ρ** : ait et cerebrum **χ**, *quod metro quadrat et minime displicet (cf. enim Aes. 43 C rec.* II *et* III ἀλώπηξ … ἔφη· “ὦ οἵα κεφαλὴ καὶ ἐγκέφαλον οὐκ ἔχει”*)* : et cerēbrum *Scheffer* : at cerēbrum *Heinsius apud Burmannum (possis etiam* sed cerēbrum*: cf.* **W E** inquit sed cerebrum*;* **Vi** ait sed cerebrum*); lectionem codicum* **P** *et* **R** *seruaui coll. Aes. 43 C rec.* I ἀλώπηξ … εἶπεν· “οἵα κεφαλὴ ἐγκέφαλον οὐκ ἔχει” | habet **PR**^{p}**ρ T** : habes *Schefferus, quocum Önnerfors, 448 sq., consentit (sed Graece* οὐκ ἔχει*)*

VIII
[LVPVS ET GRVIS]

Qui pretium meriti ab improbis desiderat,
bis peccat: primum quoniam ⟨in⟩dignos adiuuat,
impune abire deinde quia iam non potest.
Os deuoratum fauce cum haereret lupi,
5 magno dolore uictus coepit singulos
illicere pretio ut illud extraherent malum.
Tandem persuasa est iure iurando gruis,
gulaeque credens colli longitudinem
periculosam fecit medicinam lupo.
10 Pro quo cum pactum flagitaret praemium,

P 1, 9, **R** 1, 9 /// **Ph** (**Ad**^{Ph} 11 Th, **H**$^{\upsilon\Phi}$), **T** 11 Th (**W**; **Fr**$^{\chi}$ **S F H**$^{\upsilon\Phi}$ **B Mn**; **L**^{ab} **Vi Mk Wi**$^{\tau}$ **E**)

Cf. Aes. 225 C (161 H; 156 P); Babr. 94; Aphth. 25 H; Tetr. 1, 30 M **1–3** cf. Publil. B 9 **4–12** uide Oberg 1996, 157

LVPVS ET GRVIS **P** *et* **R**, *ut colligi potest ex* **ρ** *et* **R**^{v} **2** dignos **PR**^{v}, *suppl. Pithou (cf.* **Ad**^{Ph} primum quia indignos iuuat*)* **3** inpune abire deinde **P** : abire deinde impune **R**^{v} | iam non **Pρ**; *nonne* raro *(*raro > iano*)? Grus enim lupi ore caput incolume abstulit* **7–8** gruis *(***Pρ***) ideo parum placet quia uulgaris sermonis est (uide Postgate 1919, 23 adn. 2), cf. enim App. Probi, 128* grus non gruis*; quam ob rem Postgate 1920 hariolatus est* persuasumst *(*persuasa est **Pρ***)* … grui / gulae quae *(*-que **Pρ***;* quae *iam Faber 1664, u.* **7** *traditis seruatis). Ad* persuasumst *fulciendum sane afferri potest* **Ad**^{Ph} tandem persuasum iure iurando gruem*, Postgatius tamen melius, mea quidem sententia, coniecisset* persuasit … grui / gulae quae **10** pro quo **Pρ** : a quo *uel* pro qua *Bentley, coll.* **Ad**^{Ph}*, qui praebet* a quo cum pactum flagitaret praemium *(*a quo *in Phaedri uersu reponendum esse iam coniecerant "critici quidam" apud Richterum, 64)* | pactum *Gude, coll. illo* pactum … praemium *quod in* **Ad**^{Ph} *reperitur (contulerim etiam Aes. 225 C rec. 1* τὸν ὡμολογημένον μισθὸν ἀπῄτει*)* : factu **P** : facto **ρR**^{b} : factum **R**^{g}

"Ingrata es!" inquit "Ore cum nostro caput
incolume abstuleris, et mercedem postulas!"

11–12 *distinxi; sic hos uersus Graece uerterim:* "ἀχάριστος εἶ" ἔφη "ἐκ γὰρ τοῦ στόματος τοῦ ἡμετέρου σῴαν τὴν κεφαλὴν ἐξενεγκών, καὶ *(i. q. 'etiam')* μισθὸν ἀπαιτεῖς" **11** ore **Pρ** : ori *Hare, coll.* **Ad^{Ph}** ori nostro | cum *scripsi duce Scheffero, qui tamen uu.* **11–12** *ita interpunxit ut* et *(coniunctio) conecteret* ingrata es *cum* postulas*, nam loci sensus ei uidebatur hic esse: "tu pro hoc meo beneficio non ingrata solum es, non laudando uidelicet raram hanc et singularem meam clementiam, sed insuper et mercedem postulas, quasi non satis sit mercedis, quod uitam tibi concesserim"* : quae **Pρ χ W^2** *(*qui **W H^{υΦ}***)* **12** abstuleris **Pρ** : extuleris **Ad^{Ph}**, *cf.* extulisti **W**, extulit **κ H^{υΦ}** *(***α***, puto,* extuleris *exhibebat, haud male, uide enim Aes. 225 C rec. I* ἐξενεγκών*)* postulas **P** *et* **R^v** *(ubi* postolas*)* : postules *Rittershausen, quae quidem coniectura multis placuit, sed elumbem praebet structuram; praeterea* et *hic uidetur idem esse quod 'etiam', 'insuper', cf. Aes. 225 C rec. I* "ὦ οὗτος, οὐκ ἀγαπᾷς ἐκ λύκου στόματος σῴαν τὴν κεφαλὴν ἐξενεγκών, ἀλλὰ καὶ μισθὸν ἀπαιτεῖς;". *Non est inutile paraphrases exscribere quae manarunt a duobus postremis uersibus huius Phaedri fabellae:* **Ad^{Ph}** "ingratum est," inquit "ori nostro quod caput incolome extuleris, pro hoc et mercedem a nobis insuper postulare uideris"*;* **H^{υΦ}** lupus … dixit "ingratus est ille grus qui caput incolume extulit … et mercedem adhuc postulat"*;* **W** lupus dicit "ingrata es gruis *(*grus **W^2***)* qui *(*quae **W^2***)* caput tuum in collo meo *(*incol⟦l⟧ome⟦o⟧ **W^c***)* extulisti … et nunc mercedem postulasti*;* **χ** lupus dicitur *(*fertur **Fr^χ F***)* dixisse: "ingrata est illa grus *(*gruis **B***)* quae caput incolumis *(*incolume **S B***)* extulit … et mercedem sibi postulat" *(*et insuper mercedem p. **S***);* **ε** lupus fertur dixisse "ingratum est illi grui quod caput incolume extulit *(*caput extulit incolume **o***)* … et mercedem postulat" *(*et m. maiorem p. **o***)*

IX
[PASSER AD LEPOREM CONSILIATOR]

Sibi non cauere et aliis consilium dare
stultum esse paucis ostendamus uersibus.
Oppressum ab aquila, fletus edentem graues,
leporem obiurgabat passer: “Vbi pernicitas
5 nota” inquit “illa est? Quid ita cessarunt pedes?”
Dum loquitur, ipsum accipiter necopinum rapit
questuque uano clamitantem interficit.
Lepus semianimus: “Mortis en solacium!
Qui modo securus nostra irridebas mala,
10 simili querela fata deploras tua.”

P 1, 10, **R** 1, 10 /// **Ph** (**Ad**$^{\mathbf{Ph}}$ 81 Th)

1–2 cf. Ter. Haut. 922 sq.; uide Tosi 2017, sub lemmate 210 **8–10** cf. Aes. 133 C (115 H; 113 P) | Hanc Phaedri fabulam imitatus est Al. Neq. nou. Aes. 14; incertum utrum Alexandri uersus ex Phaedro pendeant an ex **Ph**; Phaedri narrationem respexit etiam Abst. 1, 81 (uide, sis, Zago 2012, 99 sqq.)

PASSER AD LEPOREM CONSILIATOR **PR**$^{\mathbf{v}}$ **2** ostendamus **Pρ** : ostendemus *Tollius, fortasse recte (cf. Muellerum, 101)* **3** fletus edentem **ρ** : fletus sedens **P**$^{\mathbf{c}}$ *(quid primitus fuerit dispici nequit)* : et fletus dantem **Ad**$^{\mathbf{Ph}}$, *unde* fletus et dantem *Müller (at uide Zwierlein, 188)* **4** pernicitas **P Ad**$^{\mathbf{Ph}}$: uelocitas **ρ** **5** quid ita **Pρ** : cur sic **Ad**$^{\mathbf{Ph}}$ **6** accipiter **Pρ** : acc{ . }p{ **Ad**$^{\mathbf{Ph}}$ *(*acceptor *dispicere sibi uisus est Thiele 1905, 59, nescio an non recte;* accipiter *legerat Nilantius, 54);* acceptor *in Phaedri uersu scribi iussit Muellerus 1875, 24* **8** en solatium *Hare et Sanadon (incertum uter prior), recte, cf. enim* **Ad**$^{\mathbf{Ph}}$ solaṭium, q(uo)ḍ … nostra irridebas mala, simili querela facta deploras tua *(attulerim etiam Abst. 1, 81* pullos aquilae … qui, a feris depasti, magnum doloris solatium cuniculo praebuerunt*)* : in solatio **PR**$^{\mathbf{r}}$**ρ** : en solatia *Heinsius in epistula quadam ad Schefferum a. 1662 (cf. Burman 1727a, V, 22)* **10** fata **Pρ** : facta **Ad**$^{\mathbf{Ph}}$

X
[LVPVS ET VVLPIS IVDICE SIMIO]

Quicumque turpi fraude semel innotuit,
etiam si uerum dicit, amittit fidem.
Hoc attestatur breuis Aesopi fabula.
Lupus arguebat uulpem furti crimine;
5 negabat illa se esse culpae noxiam.
Tunc iudex inter illos sedit simius.
Vterque causam cum perorassent suam,
dixisse fertur simius sententiam
“Tu non uideris perdidisse quod petis;
10 te credo surripuisse quod pulchre negas.”

P 1, 11, **R** 1, 11 /// **Ph** (**Ad**[Phχ] 48 Th), **T** 48 Th (**Ad**[Phχ] **Fr**[χ] **S F B Mn**; **L**[ab]; incertum utrum **Wi** ex **σ** pendeat an ex **τ**)

1–2 cf. Aes. 319 C (226 H; 210 P); Cic. diu. 2, 146; uide Tosi 2017, sub lemmate 351 **9–10** cf. Diog. Laert. 6, 54; gnom. Vat. 190 Sternbach

LVPVS ET VVLPIS IVDICE SIMIO **PR**, *ut patet ex* **ρ** *et* **R**[v] **4** furti *Pithou,* **κ** *(uu. ll.* forti, fortiter*)* : forti **PR**[v] **Ad**[Phχ] : forte **R**[g]*, typothetae errore, opinor, nam Gudius, dum enarrat 1, 26, 10, scripsit “supra pro* furti *in mss. est* forti*”, locum de quo nunc agimus respiciens* **5** culpae **Pρ***; fortasse* **R** *exhibebat* culpae *post correctionem; audi enim Gudium: “in mss. est* culpa*: recentior manus correxit* culpae*” (pro ‘mss.’ sine dubio legendum ‘ms.’, sc. ‘ms. Remensi’)* | noxiam **ρ** : proximam **P** : obnoxiam *Heinsius 1661, 317 (ad Ou. art. 1, 395), et Gudius, uterque, ut uidetur, suo Marte* **8** sententiam **ρ** : sentiam **P** : sententiam ⟨hanc⟩ *Heinsius apud Burmannum* : dixisse ⟨hanc⟩ f. s. sententiam *Bentley*

XI
[ASINVS ET LEO VENANTES]

Virtutis expers, uerbis iactans gloriam,
ignotos fallit, notis est derisui.
Venari asello comite cum uellet leo,
⟨***⟩
⟨***⟩
contexit illum frutice et admonuit simul
5 ut insueta uoce terreret feras,
fugientes ipse exciperet. Hic auritulus
clamorem subito totis tollit uiribus
nouoque turbat bestias miraculo.
Quae dum pauentes exitus notos petunt,
10 leonis affliguntur horrendo impetu.
Qui postquam caede fessus est, asinum euocat
iubetque uocem premere. Tunc ille insolens:

P 1, 12, **R** 1, 12, **D** 1 /// **T** 83 Th (**Fr**$^{\chi}$ **S F B Mn**; **L**^{ab} **Vi Mk**)

Cf. Aes. 209 C (156 H; 151 P); Tetr. 2, 1 M **2** huc respexit Auian. 5, 17

ASINVS ET LEO VENANTES **Pρ**; DE LEONE ET ASINO **D** *exhibet ascriptum in margine ad u.* **2** **1** *om.* **D** **2** *incohatur* **D** *hoc uersu, qui, titulo fabellae in margine exarato (uide supra), subiectus est libri I inscriptioni, quae sic habet,* PHEDI AVG(VSTI) LIBER I AESOPHIARV(M) INCIP(IT) FELICITER derisui **Pρ D**^{c} : derisor **D**, *nisi fallor* **3** *post hunc u. lacunam statui, nam censeo duos iambos quales* iuxta exitus suffossae rupis constitit, / in qua latibula multae habebant bestiae, *supplendos, ne* exitus notos *(u.* **9***) sensu careat; ceterum cf. Aes. 209 C* γενομένων δὲ αὐτῶν κατά τι σπήλαιον, ἐν ᾧ ἦσαν αἶγες ἄγριαι, ὁ μὲν λέων πρὸ τοῦ στομίου στὰς ἐξιούσας παρετηρεῖτο, ὁ δὲ εἰσελθὼν ἐνήλατό τε αὐταῖς καὶ ὠγκᾶτο ἐκφοβεῖν βουλόμενος *(Phaedrus tamen, ut apparet ex uersu* **9***, non de uno quidem cogitat specu, sed de rupe pluribus excauata speluncis). Textum qualem codices praebent integrum esse opinatus, hanc Phaedri narrationem ineptissimam iudicauit Lessing 1759, 231, lacuna deceptus* **5** ut **Pρ** : ut ille **D** | terreret **Pρ** : terreret et **D** **6** ipse **D** : ipse ut **PR**^{rv} *(de* **R** *uide, sis, Chatelain, 83)* | auritulus *Rigault* : auriculus **D** : auriculas **PR**^{r}**ρ** **7** clamorem **P**^{c}**R**^{g}**ρ D** : clamor et **P** : clamorēm **R**^{r} (*fortasse* **δ** *duplicem lectionem hic exhibebat, cf. Chatelain, ibidem*) | subito **PR**^{gr}**ρ** : subitum **D** | totis tollit **D** : tollit totis **PR**^{r}**ρ** **10** adfliguntur **D** : adficiuntur **PR**^{rv} **11** fessus est **ρ D** : fessus **PR**$^{?b}$

"Qualis uidetur opera tibi uocis meae?"
"Insignis" inquit "sic ut, nisi nossem tuum
15 animum genusque, simili fugissem metu."

13 uidetur opera tibi **D** : tibi uidetur opera **P** : opera tibi uidetur **R**[v] **14** sic ut **Pρ**, *om.* **D** **15** fugissem **D** : fuissem in **PR**[r]**ρ** | *Huic uersui in* **D** *adnectuntur 1, 12, 1–2* (*uide adnotata ad 1, 12 inscr.*)

XII
[CERVVS AD FONTEM]

Laudatis utiliora quae contempseris
saepe inueniri testis haec narratio est.
Ad fontem ceruus, cum bibisset, restitit
et in liquore uidit effigiem suam.
5 Ibi dum ramosa mirans laudat cornua
crurumque nimiam tenuitatem uituperat,
uenantum subito uocibus conterritus
per campum fugere coepit et cursu leui
canes elusit. Silua tum excepit ferum,
10 in qua retentis impeditus cornibus
lacerari coepit morsibus saeuis canum.
Tunc moriens edidisse uocem hanc dicitur:
“O me infelicem, qui nunc demum intellego
utilia mihi quam fuerint quae despexeram
15 et quae laudaram quantum luctus habuerint.”

P 1, 13, **R** 1, 13, **D** 2 /// **T** 57 Th (**Y**^{LP}; **W**; **Ad**^{χ} **Fr**^{χ} **S F Wi**^{σ} **B Mn**; **Vi Mk E**)

Cf. Aes. 103 C (76 H; 74 P); Babr. 43; Aphth. 18 H; Tetr. 1, 14; 2, 11 M; Synt. 15 H **11** cf. Ou. met. 3, 249 sq.

CERVVS AD FONTEM **PR**^{v}*; in* **D** *titulus* CERVVS AD FONTEM LAVDAT CORNVA *post u.* **2** *reperitur, uersibus* **1–2** *adnexis fabulae praecedenti (1, 11) quasi illius essent epimythium* **1** laudatis **Pρ** *(cf.* **χ** laudamus saepe inutilia*)* : sepe esse **D** **2** saepe inueniri **P** *(ubi* sepe*)* **R**^{r}**ρ** : eius rei **D** | testis haec narratio est **D** : haec erit narratio **PR**^{grv} **4** effigiem **Pρ D**^{c} : fagiem **D** *(cf.* **Y**^{P} figiem*), unde Heinsius apud Burmannum coniecit* ⟨ut⟩ faciem *(cf.* **χ** sua cornua magna ut uidit*)* **5** mirans laudat **Pρ** : laudat mirans **D** **7** uenantum **PR**^{v} : uenatum **D** **12** tunc **Pρ Wκ** : tum **D** | edidisse uocem hanc *Heinsius apud Burmannum* : dedisse uocem hanc **D** : uocem hanc edidisse **Pρ**, *fortasse recte* **14** utilia mihi quam fuerint **D** *(*utilia *etiam in* **κ**, utiliora *in* **W***)* : ut illa mihi quam profuerint **PR**$^{?v}$: ut illa mihi profuerint **r** : ut illa mihi quatum *(sic)* profuerint **P**^{c} **15** habuerint **Pρ D***; num* genuerint*?*

XIII
[VVLPIS ET CORVVS]

Qui se laudari gaudet uerbis subdolis
fere dat poenas turpi paenitentia.
Cum de fenestra coruus raptum caseum
comesse uellet celsa residens arbore,
5 uulpes hunc uidit, deinde sic coepit loqui:
"O qui tuarum, corue, pennarum est nitor!
Quantum decoris corpore et uultu geris!
Si uocem haberes, nulla prior ales foret."
At ille dum uult etiam uocem ostendere
10 emisit ore caseum, quem celeriter

P 1, 14, **R** 1, 14, **D** 3 /// **Ph** (**Ad**[Ph] 19 Th), **T** 19 Th (**Y**[LP]; **W**; **Fr**[χ] **S F B Mn**; **L**[ab] **Vi Mk Wi**[τ] **E**)

Cf. Aes. 166 C (126 H; 124 P); Babr. 77; Aphth. 29 H; Tetr. 1, 15 M; Hor. serm. 2, 5, 55–57; Apul. De deo Socratis libri prologum, quem uocant (cap. IV); uide etiam Adrados–van Dijk 2003, 160 sqq.

VVLPIS ET CORVVS **PR**[v] : VVLPIS AD CORVVM **D** **1** qui ... gaudet **Pρ W** : quae ... gaudent **D** : qui ... gaudent **Ad**[Ph] **χ** **2** fere dat **Pρ** : serae dant **D** : ferunt **Ad**[Ph], *quod ex* fere dant *opinor ortum* | turpi penitentia **Pρ** *(ubi* poen-*)* **Ad**[Ph] : turpi paenitentiae **D** **3** coruus raptum **PρD** : raptum coruus *Nauck, 669* **5** uulpes **D** : uulpis **PR**[gv] | hunc uidit **PR**[gv] **W** : ut uidit **D** : ut hunc uidit **κ**, *cf.* **Y**[P] hunc uidens, **Ad**[Ph] h(un)c cum fuisset intuita, **W**[c] hunc ut uidit : inuidit *Postgate* | deinde **D W** : dehinc **PR**[g]**ρ** **6** o qui **Pρ** : o quis **D Ad**[Ph] | nitor **Pρ D T** : uigor **Ad**[Ph], *unde* nigror *Havetus coniecit, haud indocte, nam apud Apuleium (uide app. locorum similium) corui color niger celebratur* **7** decoris **Pρ** : decorem **D** **9** at ille dum uult etiam uocem *Hare et Sanadon (quorum uter prior coniecerit in incerto est)* : at ille dum etiam uult uocem **D** : at ille stultus dum uult uocem **Pρ**, *numeris probis sed inuito contextu narrationis, nam illud* stultus, *ut recte animaduertit Bentleius, "in media fabula anticipat quod in exitu demum comparere debuit"* : at ille dum etiam uocem uult *Bentleius, praeeunte Petro Daniel (cf. Zago 2015, 105 sq.); illud* stultus *deest etiam in* **Ad**[Ph] *(*ille dum uult ostendere uocem latiorem*)*, **W** *(*at ille dum placere c`o´epit – *in* **ι** *puto fuisse* cupit – et uocem suam ostendere*)*, **χ** *(*at ille dum uult placere et uocem suam ostendere*)*, **ε** *(*at ille dum uocem suam ostendere uellet*)* **10** emisit ore **Pρ D**[c] *(uide Zago 2015, 106), cf. Babr. 77, 9* στόματος δὲ τυρὸν ἐκβαλών : latiorem emisit ore **D** *(cf.* **Ad**[Ph] ille dum uult ostendere uocem latiorem· emisit caseum*)* : demisit ore *Salmasius, fortasse recte (cf. Porph. ad Hor.*

dolosa uulpes auidis rapuit dentibus.
Tum demum ingemuit corui deceptus stupor.
[Hac re probatur quantum ingenium ualet;
uirtute semper praeualet sapientia.]

serm. 2, 5, 56 sq. caseum demisit*; uide etiam* **Y^P^** caseum deiecit, **χ** ore patefacto oblitus caseum deiecit, **W** ore patefactum casium deorsum sub arbore misit, **W²** o. patefacto caseum d. s. arborem m.*)* : amisit *(uel* omisit*)* ore *Burman (ad* amisit *fulciendum afferri potest* **ε** ore patefacto caseum amisit*; cf. etiam Curt. Ruf. 4, 6, 11* coruus glebam … amisit*; nescio autem an* omisit *non firmetur Ps.-Acronis ad Hor. serm. 2, 5, 55 sq. scholio, ubi inuenies* coruus … omissam praedam perdidit*)* : dimisit *Hartel, 147 (cf. 1, 4, 6; 5, 30, 6; app. 23, 6)* : lato ore emisit *Havet, ingeniosius quam uerius* **12** tum **PR^v^** : tunc **D Ad^Ph^ Wχ L** *(ex* **ζ***?)* | corui deceptus stupor **Pρ** *(cf.* **W** tunc uero coruus ingemuit stupore deceptus*;* **χ** tunc coruus ingemuit stupore deceptus*)* : coruus cur dolosis / fuisset deceptus fraudibus ut ignauus **D**, *cf.* **Ad^Ph^** tunc demum coruus ingemuit quia dolo esset deceptus ut ignarus **13–14** *hi uersus ἄμετροί τε καὶ ἄμουσοι, quos* **P** *praebet et* **R**, *ut patet ex* **R^rv^**, *exhibebat, desunt in* **D**; *eos damnauit Guyet, rectissime, nam apud Phaedrum 'moralitas', cum in principio ueniat, numquam geminatur. Huius autem epimythii neque in* **Ad^Ph^** *quicquam simile reperitur, neque in codicibus ex* **κ** *pendentibus; cf. tamen* **Y^P^** *et* **W²**, *ubi narratiuncula de qua agimus affabulatione clauditur* sic multi quod uiribus non possunt sapientia explicant *(*sic complures quod uirtutibus non possunt sapientia explicant **Y^L^** : sic multi qui uiribus non possent sapientia explicant **W***). Quae affabulatio undenam manauit? Ex* **α** *per* **T** *eam defluxisse opinor cum in* **Y^LP^** *tum in* **W**. *Conicere igitur licet uersus* **13–14**, *quales* **δ** *prae se ferebat, iam* **φ** *exhibuisse instar epimythii fabellae de uulpe et coruo; quod epimythium* **ν** *(unde* **D** *atque* **Ad^Ph^** *pendent) et* **κ** *omiserunt. Hoc ipsum Ausonius respexit idque sine dubio habuit pro 'moralitate' narrationis de qua disserimus, cf. enim Caesar. 128 sq.* Punica origo illi *(scil. Seuero Pertinaci)*, sed qui uirtute probaret / non obstare locum, cui *(Green* : cum *codd.)* ualet ingenium, *ubi Ausonius, ut recte sensit Gudius, Phaedrianae uulpi Seuerum uult comparare: nam ut uulpes, cum inhiaret caseo, probauit quantum ualeret ingenium, neque ipsi obstitit locus, id est celsa arbor cui coruus insidebat, sic Seuerus, inhians imperio, probauit uirtute atque astutia uulpina non obstare loci celsitudinem ingenio ualenti. Non quidem ad uu.* **13–14** *quales* **P** *ac* **R** *nobis tradiderunt spectauit Auian. 27, 9–10* uiribus haec docuit quam sit prudentia maior, / qua coeptum uolucris explicuisset opus, *sed, puto, ad epimythium fabellae de uulpe et coruo quale* **T** *exhibebat* **13** quantum ingenium ualet **P** : ingenium quantum ualet **R^v^** : quantum ingenium polleat *Dressler (cf. tamen illud Ausonii* ualet ingenium*). Dresslerus uersus* **13–14** *suppositicios esse negauit iussitque eos separari a praecedentibus et alii fabulae, nunc deperditae, tribui, astipulante Haveto, quem uide*

XIV
[EX SVTORE MEDICVS]

Malus cum sutor inopia deperditus
medicinam ignoto facere coepisset loco
et uenditaret falso antidotum nomine,
uerbosis acquisiuit sibi famam strophis.
5 Hic cum iaceret morbo confectus graui
⟨***⟩
rex urbis, eius experiendi gratia,
scyphum poposcit: fusa dein simulans aqua
miscere antidoto illius ⟨se⟩se toxicum,
hoc bibere iussit ipsum, posito praemio.
10 Timore mortis ille tum confessus est
non artis ulla medicum se prudentia,
uerum stupore uulgi factum nobilem.

P 1, 15, **R** 1, 15

1–3 *sutor … uenditaret falso antidotum nomine* cf. Aes. 112 C (105 H; 103 P) **11–12** cf. Plin. nat. 29, 17

EX SVTORE MEDICVS **Pρ** **4–5** *del. Lessing 1758, 431* **4** uerbosis **Pρ** : uentosis *Nauck 1888, 292* **5** *del. Kohl, 121, astipulante Thiele, 356 sq.* | *num* hinc*? post u.* **5** *lacunam statuit Havetus, recte, ut mea fert opinio, nam ex narratione patet alium esse regem, alium aegrotum. Havetus intercidisse credit iambum qualis est* dilectus puer, et hominem arcessisset domum*; Speyer suppleuit* regis minister, medicumque illum arcesserent *(cf. etiam Hausrath 1936, 99)* **7** dein **Pρ** : deinde **P**[c] **8** miscere antidoto illius ⟨se⟩se toxicum *scripsi* : miscere anthidoto illius se toxicum **P** : illius miscere antidoto se toxicum **R**, *ut colligi potest ex* **R**[v] *et* **ρ** : miscere antidoto ⟨se⟩se illius toxicum *uel* m. a. t. ⟨se⟩se illius *Müller 1875a, 618* : antidoto illius se miscere toxicum *Riese* : miscere antidoto ⟨in⟩ illius se toxicum *Havet; ἄμετρα alii. Muellerus, ibidem, perperam contendit* miscere antidoto illius ⟨se⟩se toxicum *ferri uix posse, "mit Rücksicht auf die Gesetze der Elision bei Phaedrus". Ipse non infitior Phaedrum minima elidendi licentia usum esse circa caesuras, sed in uersu de quo agimus ita restituto, sicut in 1, 31, 12; 5, 4, 7; 5, 5, 25; 5, 17, 9, sola caesura semiseptenaria agnoscenda est; cf. etiam 3, 8, 12, ad quem u. uide Havetum, 152 § 11* **9** hoc bibere **ρ** : bibere **PR**[g] : ebibere *Richter, 64* : combibere *Burman 1718* **11** medicum **Pρ** : medicae *Heinsius apud Schefferum*

Rex aduocata contione haec edidit:
“Quantae putatis esse uos dementiae,
15 qui capita uestra non dubitatis credere
cui calceandos nemo commisit pedes?”
Hoc pertinere uere ad illos dixerim,
quorum stultitia e⟨st⟩ quaestus imprudentiae[st].

14–16 cf. Aes. 69 C (287 H; 289 P); Babr. 120; Auian. 6; Aphth. 24 H; Tetr. 2, 29 M

13 edidit *Jo. Fred. Gronovius apud Schefferum (cf. etiam editionem Phaedri Gronoviorum patris et filii a. 1703 impressam, f. *4r), quae coniectura Heinsio quoque uenit in mentem (uide eundem Schefferum)* : addidit **Pρ** : prodidit *Müller* : addidit *seruato Havetus, putans uersum* **13** *constare ex frustulis iamborum duorum consutis, lacunam indicauit inter* rex aduocata contione *et* haec addidit **16** calceandos **ρ** : calcandos **P** **18** stultitiae ... imprudentia *(*inpr- **PR**^{v}*)* est **PR**$^{?rv}$ | quaestus **ρ** : questus **PR**^{r}*;* stultitia e⟨st⟩ quaestus imprudentiae[st] *conieci, nam sensus postulat nominatiuo casu* stultitia*, datiuo* imprudentiae *(cf. u.* **11***), nec usquam apud Phaedrum* est *in ultimo pede coniungitur cum casu obliquo* : stultitiae quaestus impudentia est *Pithou* : stultitiā quaestus impudentiae est *Graevius apud Fabrum (*⟨e⟩ stultitia quaestus impudentiae est *Heinsius apud Burmannum)* : stultitiā quaestus *(uel* quaestui*)* impudentiae est *Jo. Fred. Gronovius apud Schefferum (cf. etiam editionem Phaedri Gronoviorum a. 1703 typis excusam, f. *4r–u)* : stultitia quaestus imprudentiae est *Guyet* : stultitia e⟨st⟩ quaestus inpudentiae[st] *Havet*

XV
[ASINVS AD SENEM PASTOREM]

In principatu commutando ciuium [saepius]
nil praeter domini nomen mutant pauperes.
Id esse uerum parua haec fabella indicat.
Asellum in prato timidus pascebat senex.
5 Is hostium clamore subito territus
suadebat asino fugere, ne possent capi.
At ille lentus: “Quaeso, num binas mihi
clitellas impositurum uictorem putas?”
Senex negauit. “Ergo quid refert mea
10 cui seruiam, clitellas dum portem unicas?”

P 1, 16, **R** 1, 16

Eodem fere modo fabulatur Abst. 1, 8 (uide Zago 2012) **1–2; 9–10** respexit Lud. Areost. carm. 15 (ad Herculem Strozzam), 29–32

ASINVS AD SENEM PASTOREM **P** : ASINVS EGREGIE CORDATVS **ρ** *(tacet Vincentius, oscitanter)* **1** ciuium saepius **P** *(ubi* sep-*)* **R**$^{?v}$, *corr. Rigault 1617, cf. 1, 30, 5* : saepius **r** **2** nil *Pithou* : nihil **PR**^{v} | nomen *Bongarsius apud Meursium (cf. Zago 2016c, 296)* : mores **PR**^{gv} **3** id **P** : to *(sic)* **R**^{v} **4** senex **P**^{c} *(nescio an* senes *primitus exaratum)* **ρ** : senes **R**$^{?}$ **10** unicas *Housman, 257 sq.* : meas **Pρ**

XVI
[OVIS CERVVS ET LVPVS]

Fraudator homines cum a⟨d⟩uocat sponsum improbo⟨s⟩
non rem expedire, sed malum ordiri expetit.
Ouem rogabat ceruus modium tritici,
lupo sponsore. At illa praemetuens dolum:
5 “Rapere atque abire semper assueuit lupus;
tu de conspectu fugere ueloci impetu.
Vbi uos requiram cum dies aduenerit?”

P 1, 17, **R** 1, 17 (ovis … expetit *exhibet* **R**[f]) /// **T** 40 Th (**W**; **Fr**[χ] **S F Wi**[σ] **B Mn**; **L**[ab] **Vi Mk E**)

De sponsione cf. Oberg 1996, 156 sq.

ovis cervvs et lvpvs **PR**[f] **1** auocat **PR**[f], *corr. Heinsius in epistula quadam ad Schefferum a. 1661 (cf. Burman 1727a, V, 11)* : inuocat *Heinsius apud Burmannum* : [a]uocat *Burman, coll. Hor. epist. 2, 2, 67* hic sponsum *(sc.* me*)* uocat*, fortasse recte* | sponsum *Burman* : sponsore **PR**[f] | improbo **PR**[f]*, corr. Heinsius apud Burmannum 1718, cf.* fraudatores … fidedictores dant improbos *(***Wχ***)* **2** malum ordiri *Postgate, probante Housman 1920, 122* : mala uidere **PR**[f]*, contra metrum* : malum augere *Müller 1867* : malum inferre *Müller 1877 (*mala inferre *iam Zorn, cf. Heydenreich, 26)* : malum ingerere *Havet; coniecturae* malum dare *(Gebhard, 128) et* malum indere *(Guyet), quae ad sensum quod attinet non displicent (cf. Krischan 1954, 83 sq.), propius absunt a lectione tradita, sed clausulam efficiunt cuius apud Phaedrum nullum inuenitur exemplum; nusquam enim in Phaedri carminibus syllaba breuis nonum semipedem explet ante syllabam elisam. De ceteris uirorum doctorum conaminibus taceo* | expetit **R** *post corr. (cf.* **R**[f]*)* : expedit **P** *nec non et* **R** *ante corr. (cf.* **R**[f]*)* **6** tu **ρ** : tum **P** | impetu **Pρ** : pede *Nauck, 670 (“wenn der Hirsch statt zu zahlen das Weite sucht, so kann dies Verfahren schwerlich* impetus *genannt werden”); malim* ungula*, coll.* tu quatis ungula campum *(***T***)*

XVII
[OVIS CANIS ET LVPVS]

Solent mendaces luere poenas maleficî.
Calumniator ab oue cum peteret canis
quem commodasse panem se contenderet,
lupus citatus testis non unum modo
5 deberi dixit, uerum affirmauit decem.
Ouis damnata falso testimonio
quod non debebat soluit. Post paucos dies
bidens iacentem in fouea conspexit lupum:
“Haec” inquit “merces fraudis a superis datur.”

P 1, 18, **R** 1, 18, **D** 4 /// **T** 5 Th (**W**; **Ad**$^{\chi}$ **Fr**$^{\chi}$ **S F B Mn**; **L**^{ab} **Vi Wi**$^{\tau}$ **E**)

OVIS CANIS ET LVPVS **Pρ** : CANIS AD OVEM LVPVS TESTIS COMMODASSE CONTENDIT **D** **1** maleficî *Rigault 1617* : maleficii **PR**^{v} **D** **3** commodasse **R**^{Sir}**ρ** **D**, *cf.* panem commodatum *(*commendatum **F B***)* oui *(***κ***),* panes se commodatus *(***W***, ut uidetur;* panes sibi commodatos **W**^{2}*)* : cummendasse **PR**$^{?}$: commendasse *Pithou (uide Oberg 1996, 155 sq.)* | se **D** : sese **PR**$^{?v}$: ⟨ei⟩ *(pronuntiandum ‘ej’)* se *Havet* **5** deberi **Pρ κ W**^{2} : debere **D W** **8** bidens *Heinsius apud Schefferum* : uidens **D** *(*⟦u⟧idens **D**^{c}*)* : ouis **Pρ** | in fouea conspexit **Pρ** : prospexit in fouea **D** : in fouea prospexit *Heinsius apud Schefferum* **9** *post hunc iambum, nullo spatio interiecto,* **D** *exhibet 1, 18, 1*

XVIII
[MVLIER PARTVRIENS AD VIRVM]

Nemo libenter recolit qui laesit locum.
Instante partu mulier actis mensibus
humi iacebat flebilis gemitus ciens.
Vir est hortatus corpus lecto reciperet,
5 onus maturum melius quo deponeret.
“Minime” inquit “illo posse confido loco
malum finiri quo conceptum est initio.”

P 1, 19, **R** 1, 19, **D** 5

Cf. Plut. mor. 143e **1** cf. Aes. 9 C; Amphidis fr. 4 K-A (PCG II, p. 215); Ou. trist. 1, 1, 85 sq.; Mart. 1, 85, 5 sq. **4** cf. Prop. 2, 33, 41

MVLIER PARTVRIENS AD VIRVM **D** : MVLIER PARTVRIENS **P** *nec non et* **R**[v] *(hanc fabellam non habet* **ρ**; *Vincentius contulit* **Δ**) **1** *hic iambus ante titulum exhibetur in* **D** *instar postremi uersus fabulae praecedentis (1, 17)* **2** actis **D** : peractis **PR**[g]**Δ** **3** humi **D** : humo **PR**[?]**Δ** | flebilis **D**, *nom. sing. an acc. plur. incerto* : -les **PΔ** | gemitus ciens **Δ D** : gemitu sciens **P** *(ut uidetur)* : gemitu conciens **R**[?] **5** maturum *Heinsius apud Schefferum (cf. Ou. fast. 2, 451 sq.)* : naturae **PΔ D** *(traditum* onus naturae *defendere conati sunt uiri docti non pauci, inter quos Schefferus, Gudius, Muellerus, 102, quem audi: “potest defendi illud* naturae, *siue ‘naturam’ pro ‘uulua’ acceperis, siue explicaris* onus naturae *per ‘onus a natura impositum’”)* **6** illo **PΔ** : illa **D** **7** initio **PΔ** : inicium **D**, *unde Havetus edidit* initium *(sc. ‘mali’)* | *Huic uersui in* **D** *continuantur 1, 19, 1–2*

XIX
[CANIS PARTVRIENS AD ALTERAM]

Habent insidias hominis blanditiae mali,
quas ut uitemus uersus subiecti monent.
Canis parturiens cum rogasset alteram
ut fetum in eius tugurio deponeret,
5 facile impetrauit. Dein reposcenti locum
preces admouit, tempus exorans breue,
dum firmiores posset catulos ducere.
Hoc quoque consumpto flagitari ualidius
cubile coepit. "Si mihi et turbae meae
10 par" inquit "esse potueris, cedam loco."

P 1, 20, **R** 1, 20, **D** 6 /// **T** 12 Th (**W**; **Ad**$^{\chi}$ **Fr**$^{\chi}$ **S F Wi**$^{\tau\sigma}$ **B Mn**; **L**^{ab} **Vi Mk Wi**$^{\tau\sigma}$ **E**)

Cf. Iustin. 43, 4, 3–5; P. Colon. inv. 5928 (P. Köln II, 64; Mertens–Pack[3] 1995.1)
1 cf. Publil. H 12

CANIS PARTVRIENS AD ALTERAM **D** : CANIS PARTVRIENS **PR**^{v} **1–2** *hi uersus in* **D** *exhibentur ante titulum, ita ut fabula antecedens (1, 18) iis terminetur* **1** habent **P**^{c}**ρ D** : habentis **PR**$^{?}$ | hominis **ρ D Wχ** : homines **PR**$^{?}$ **4** fetum **Pρ** *(ubi* foetum*)* **T** : fetus **D** *(ut etiam* **Ad** fetus *habeat casu fieri credo, nam in hac fabula* **Φ** *hausit ex solo codice* **χ***)* **5** dein **r D**^{c} : deinde **PR**$^{?v}$ **D Wχ** **6** preces admouit **D**^{c} *(uide, sis, Zago 2015, 106)* : preces admonuit **PR**^{v} **D** : prece admonuit **r** **7** posset catulos **D** : catulos posset **Pρ** | ducere **Pρ** : deducere **D** **8** flagitari **ρ D** : flagitare **P** **9** coepit **r D**^{c} *(uide Zago 2015, 106)* : coepit illa **PR**$^{?v}$ **D** *(cf.* **χ** illa coepit cubile suum repetere*)* **10** *huic uersui in* **D** *adiunguntur 1, 20, 1–2*

XX
[CANES FAMILICI]

Stultum consilium non modo effectu caret,
sed ad perniciem quoque mortales deuocat.
Corium depressum in fluuio uiderunt canes.
Id ut comesse extractum possent facilius,
5 aquam coepere ebibere; sed rupti prius
periere quam quod petierant contingerent.

P 1, 21, **R** 1, 21, **D** 7 /// **Ph** (**Ad**^{Ph} 2 Th)

Cf. Aes. 177 C (138 H; 135 P); Synt. 61 H; Plut. mor. 1067e–f; uide Williams 1959; Luzzatto 2001

CANES FAMILICI *(sic)* **PR**^{v}*; titulus deest in* **D**, *cuius librarius uidetur credidisse fabulam incipere a uersu* **3**, *nam uersus* **1–2** *addidit fabellae antecedenti (1, 19) et post* deuocat *signum appinxit quo finem carminis notaret; nullo spatio interiecto reliqui uersus sequuntur* **2** mortales **Pρ** : -lis **D** **5** ebibere **D** *(cf. Plut. mor. 1067f* ἐκπίνειν, *Aes. 177 C* ἐκπίωσι*)* : bibere **Pρ** **6** periere **r D** : ibi periere **PR**$^{?v}$*;* ibi *deest etiam in* **Ad**^{Ph}, *ubi tamen inter* prị(us) *et* perieṛ(unt) *spatium uacuum relictum est trium quattuorue litterarum*

XXI
[LEO SENEX APER TAVRVS ET ASINVS]

Quicumque amisit dignitatem pristinam,
ignauis etiam iocus est in casu graui.
Defectus annis et desertus uiribus
leo cum iaceret spiritum extremum trahens,
5 aper fulmineis ad eum uenit dentibus
et uindicauit ictu ueterem iniuriam.
Infestis taurus mox confodit cornibus
hostile corpus. Asinus ut uidit ferum
impune laedi, calcibus frontem extudit.
10 At ille exspirans: “Fortes indigne tuli
mihi insultare; te, naturae dedecus,
quod ferre cogor, certe bis uideor mori.”

P 1, 22, **R** 1, 22, **D** 8 /// **Ph** (**Ad**$^{Ph\chi}$ 20 Th), **T** 20 Th (**W**; **Ad**$^{Ph\chi}$ **Fr**$^{\chi}$ **S F H**$^{\upsilon}$ **B Mn**; **L**^{ab} **Vi Mk Wi**$^{\tau}$ **E**)

Cf. anth. Planud. 4 **11–12** cf. Publil. B 7

LEO SENEX APER TAVRVS ET ASINVS **PR**^{v} : LEO DEFICIENS APER TAVRVS ASELLVS **D** **2** etiam iocus est *Pithou* : etiam locus est **D** : est etiam iocus **P** : est etiam iocus est **R**^{v} *(Gudius tamen in* **R** locus *dispexit: uide eius notam ad 2 prol. 5 a Burmanno editam)* **5** ad eum uenit **Pρ W χ** : uenit ad eum **D Ad**$^{Ph\chi}$ **ε** : ⟨spumans⟩ [ad eum] uenit *Postgate 1918, 90; 1918a, 263 sq., coll.* **T**, *ubi uidetur fuisse* ad eum uenit … spumans fulmineis dentibus, *et Mart. 11, 69, 9* : ardens uenit *La Penna, 227* **7–8** confodit cornibus / hostile corpus **Pρ D χ** : hostile cornibus confodit corpus **Ad**$^{Ph\chi}$ **10** fortes **Pρ** : fortis **D** | tuli **Pρ** : fero **D** *(in hac uoce, quae claudit paginam,* **D** *desinit)* **12** cogor certe *Meursius (fortasse maluerit quispiam* cogor certo, *nam Phaedrus ceteris locis – 1, 29, 8; 3 prol. 32; 4 epil. 7 –* certe *usurpat pro 'saltem')* : certe cogor **PR**^{gv} : inertem cogor *Burman 1727* : senio cogor *ego (*senio > cenio > certo > certe*)*

XXII
[MVSTELA ET HOMO]

Mustela ab homine prensa, cum instantem necem
effugere uellet, “Parce, quaeso,” inquit “mihi,
quae tibi molestis muribus purgo domum.”
Respondit ille: “Faceres si causa mea,
5 gratum esset et dedissem ueniam supplici.
Nunc quia laboras ut fruaris reliquiis,
quas sunt rosuri, simul et ipsos deuores,
noli imputare uanum beneficium mihi.”
Atque ita locutus improbam leto dedit.
10 Hoc in se dictum debent illi agnoscere,
quorum priuata seruit utilitas sibi
et meritum inane iactant imprudentibus.

P 1, 23, **R** 1, 23 /// **Ph** (**Ad**$^{Ph\chi}$ 49 Th), **T** 49 Th (**W**; **Ad**$^{Ph\chi}$ **Fr**$^{\chi}$ **S F Wi**$^{\sigma\tau}$ **B Mn**; **L**^{ab} **Vi Mk Wi**$^{\sigma\tau}$ **E**)

Cf. Babr. 27 **1–9** cf. Sen. ben. 6, 12; epist. 81 (praesertim §§ 3–5 *quaerendum uidetur … an is qui profuit nobis, si postea nocuit, paria fecerit et nos debito soluerit … quaerendum … quam libenter profuerit, quam inuitus nocuerit, quoniam animo et beneficia et iniuriae constant*)

MVSTELA ET HOMO **Pρ** **2** parce quaeso inquit *Bentley* : quaeso inquit parce **PR**$^{?v}$ **W** : quaeso parce inquit *Hare* **4** faceres **r** : facerem **PR**$^{?v}$ **5** et **ρ**, *cf.* et ego dedissem tibi ueniam *(***χ***)*, et darem tibi ueniam *(***Ad**$^{Ph\chi}$*)* : *om.* **PR**$^{?b}$: iam *Havet 1900, 294, media distinctione posita post* esset **7** quas **R**^{b}**ρ κ** : quae **P** *post* deuores *librarius codicis* **P** *exarauerat uerba* hic intellege soricem esse generis masculini, *quae postea deleta sunt* **8** imputare **r Ad**$^{Ph\chi}$ *(*nolo mihi imputes **T***)* : me putare **PR**^{v} | beneficium **Pρ T** : benfitium **Ad**$^{Ph\chi}$, *unde* benficium *in Phaedri uersu reponendum coniecit Müller 1867a, 507 sq.* **12** imprudentibus **Pρ** : impudentius *Graevius in epistula quadam ad Heinsium a. 1677 (cf. Burman 1727a, IV, 481), fortasse recte*

XXIII
[CANIS FIDELIS]

Repente liberalis stultis gratus est,
uerum peritis irritos tendit dolos.
Nocturnus cum fur panem misisset cani,
obiecto temptans an cibo posset capi,
5 "Heus!" inquit "linguam uis meam praecludere,
ne latrem pro re domini? Multum falleris;
namque ista subita me iubet benignitas
uigilare, facias ne mea culpa lucrum."

P 1, 24, **R** 1, 24 /// **Ph** (**Ad**$^{\mathbf{Ph}}$ 29 Th), **T** 29 Th (**W**; **Fr**$^{\chi}$ **S F B Mn**; **L**$^{\mathbf{ab}}$ **Vi Mk Wi**$^{\tau}$ **E**)

Cf. Synt. 21 H

CANIS FIDELIS **Pρ** **2** tendit **r** : ostendit **PR**$^{\mathbf{gv}}$ **3** cum fur **Pρ** : fur cum **Ad**$^{\mathbf{Ph}}$ **T** **4** posset *Rittershausen* : possit **PR**$^{\mathbf{gv}}$ **8** *post* mea *littera erasa* (e*?) in* **P**

XXIV
[RANA RVPTA ET BOS]

Inops potentem dum uult imitari perit.
In prato quo⟨n⟩dam rana conspexit bouem,
et tacta inuidia tantae magnitudinis
rugosam inflauit pellem; tum natos suos
5 interrogauit an boue esset latior.
Illi negarunt. Rursus intendit cutem
maiore nisu, et simili quaesiuit modo
quis maior esset. Illi dixerunt bouem.
Nouissime indignata, dum uult ualidius
10 inflare sese, rupto iacuit corpore.

P 1, 25, **R** 1, 25 /// **Ph** (**Ad**$^{\mathbf{Ph}}$ 50 Th), **T** 50 Th (**Fr**$^{\chi}$ **S F B Mn**; **L**$^{\mathbf{ab}}$ **Vi Mk E**); de textu huius fabellae quem **Wi** exhibet uide, sis, Zago 2016, 32

Cf. Aes. 33 C (237 H; 268 P); Babr. 28 ac 41; Hor. serm. 2, 3, 314 sqq.; Petron. 74, 13; Mart. 10, 79, 9 sq. (ex Phaedro); Tetr. 1, 42 M; uide etiam Tosi 2017, sub lemmate 656 **1** cf. Publil. V 16 (15)

RANA RVPTA ET BOS **Pρ** **2** quodam **Pρ**, *suppl. Heinsius apud Schefferum* : quaedam **κ** **6** intendit **Pρ** : extendit **Ad**$^{\mathbf{Ph}}$ **10** iacuit **Pρ** : interiit **Ad**$^{\mathbf{Ph}}$

XXV
[CANIS ET CORCODILLVS]

Consilia qui dant praua cautis hominibus
et perdunt operam et deridentur turpiter.
Canes currentes bibere e Nilo flumine,
a corcodillis ne rapiantur, traditum est.
5 Igitur cum currens bibere coepisset canis,
sic corcodillus: "Quamlibet lambe otio,
noli uereri." At ille: "Facerem mehercules,
nisi esse scirem carnis te cupidum meae."

P 1, 26, **R** 1, 26 /// **Ph** (**Ad**^Ph^ 37 Th)

3–8 cf. Plin. nat. 8, 149; Ael. nat. an. 6, 53; uar. hist. 1, 4; Solin. 15, 12; Macr. Sat. 2, 2, 7

CANIS ET CORCODILLVS **R**, *ut colligi potest ex* **ρ** *et* **R**[v] : CANES ET CORCODRILLI **P** *(uide Indicem orthographicum, s. u.* corcodill-*)* **3** e *Rittershausen, optime:* **α** *enim praebebat, puto,* bibere e Nilo flumine, *unde manauit illud* bibunt ex Nilo flumine *quod in* **Ad**[Ph] *reperitur (ceterum cf. Ael. uar. hist. 1, 4* ἐκ τοῦ ποταμοῦ πίνουσιν, *Solin. 15, 12* e Nilo ... lambitant*)* : in **Pρ**, *def. Jo. Fred. Gronovius apud Schefferum, haud indocte; audi tamen Bentleium: "miror eorum iudicium qui* in Nilo *dictum uolunt, ut 'in patera bibere', 'in auro', 'in ossibus capitum'. Quasi Nilus non pro poculento sed pro poculo acciperetur; quasi alueus fluuii Nilus diceretur, non aqua in alueo"* **6** quamlibet **Pρ** : quodlibet **Ad**[Ph] **6–7** lambe otio / noli uereri *Rigault 1630, rectissime, namque* **Ad**[Ph] *post* quodlibet *exhibet* labio tuo noli uereri, *natum ex* lambe otio n. u., *quod* **α**, *ut mea fert opinio, habebat* : lambe otio *(*otius **P**[c]*)* pota accede noli timere sedulo ait at noli uereri inquit **PR**[v] *(uerba* pota ... ait at *et* inquit, *quae per* **δ** *in* **P** *et* **R** *defluxerunt, interpolatoris cuiusdam uidentur deliramenta, unde nihil sani extunditur: metro enim repugnant et Phaedrum minime redolent)* **7** facerem hercule **R**[v]**P**[c] *(*facere mehercule **P***), corr. Pithoeus, qui tamen iniuria* mehercule *edidit, cum oportuisset* mehercules, *quod 3, 17, 8 ipse uersus exigit ideoque, ut Muellerus 1875, 25, recte sensit, ubique in Phaedri fabulis reponendum est*

XXVI
[VVLPIS ET CICONIA]

[Nulli nocendum; si quis uero laeserit,
multandum simili iure fabella admonet.]
Vulpes ad cenam dicitur ciconiam
prior inuitasse et illi in patina liquidam
5 posuisse sorbitionem, quam nullo modo
gustare esuriens potuerit ciconia.
Quae uulpem cum reuocasset, intrito cibo
plenam lagonam posuit; huic rostrum inserens
satiatur ipsa et torquet conuiuam fame.
10 Quae cum lagonae collum frustra lamberet,
peregrinam sic locutam uolucrem accepimus:
“Sua quisque exempla debet aequo animo pati.”

P 1, 27, **R** 1, 27 /// **T** 43 Th (**W**; **Ad**$^{\chi}$ **Fr**$^{\chi}$ **S F Wi**$^{\sigma\tau}$ **H**$^{\upsilon}$ **B Mn**; **L**^{ab} **Vi Mk Wi**$^{\sigma\tau}$ **E**)

Cf. Plut. mor. 614e–f [**1–2**] cf. Cic. off. 1, 20; 3, 76; Vlp. 1 reg. (dig. 1, 1, 10, 1); legis XII tabularum tab. VIII, 2 (I, 13 Crawford) **11** cf. Petron. 55, 6, 5 **12** cf. Sen. Herc. fur. 735 sq. | Non modo ad **T** 43 Th, uerum etiam ad eius fontem, id est ad hanc Phaedri fabulam, spectauit, opinor, Gualt. Angl. 33, ubi uerba inuenies quae exstant apud Phaedrum, in **T** 43 Th desunt, dico *famem* (u. 10), *laeditur* (u. 12), *pati* (u. 14)

VVLPIS ET CICONIA **PR**^{v} **1–2** *duce Gnilka, 29 sq., hos iambos damnaui, nam cum u.* **12** *uix quadrant et propter illud sensu cassum* simili iure *(***PR**^{v}*) displicent (cf. Nauckium, 672: “die Worte* simili iure … *sind unverständlich”; pro* simili iure *Havetus coniecit* talione*; si quid tamen mutandum foret, mallem scribi* simili poena*, coll. Verg. Aen. 1, 136* non simili poena commissa luetis*, ad quem locum haec Seruius:* ‘non simili poena’, id est non ea qua Troianos affecistis*)* **3** uulpes **ρ** : uulpis **PR**^{b} **4** in patina liquidam **ρ** *(sed fortasse* **R** *exhibebat* patena*: audi enim Gudium: “in utroque codice uetusto est* patena*”; de* līquidam *cf. Leumann, 117)* : liquidam in patena **P** **5** sorbitionem **ρ κ** : sorbitione **P** **9** fame **Pρ** : fame⟨s⟩ *Hare* **10** collum frustra lamberet **PR**^{b} : lamberet collum frustra **R**^{v} **11** loquutam **R**^{v} : loquuta **P**

XXVII
[CANIS ET THESAVRVS ET VVLTVRIVS]

[Haec res auaris esse conueniens potest
et qui, humiles nati, dici locupletes student.]
Humana effodiens ossa thesaurum canis
inuenit et, uiolarat quia Manes deos,
5 iniecta est illi diuitiarum cupiditas,
poenas ut sanctae Religioni penderet.
Itaque aurum dum custodit oblitus cibi,
fame est consumptus. Quem stans uulturius super
fertur locutus "O canis, merito iaces,
10 qui concupisti subito regales opes,
triuio conceptus, [et] educatus stercore."

P 1, 28, **R** 1, 28 /// **Ph** (**Ad**$^{\mathbf{Ph}}$ 38 Th)

3 cf. Mart. 9, 29, 11 sq. **5–8** cf. Hor. serm. 1, 1, 68 sqq.; Petron. 82, 5 **9–11** cf. Aes. 194 C (144 H; 139 P) **11** *triuio conceptus* cf. Theophr. char. 28, 3; Lucr. 4, 1203 sqq. | *educatus stercore* cf. Mart. 1, 83

CANIS ET THESAVRVS ET VVLTVRIVS **P** *nec non* **R**, *ut colligi potest ex* **R**$^{\mathbf{v}}$ *et* **ρ** **1–2** *del. Bentley, recte, opinor, nam* ἐπιμυθίου *locum supplent uulturii uerba (uu.* **9–11***); cf. etiam Gnilka, 26 sqq.* **2** dici **P** : dici qui **ρ** **4** uiolarat **P** *(ut uidetur)* **R**$^{\mathbf{sgv}}$: uiolat **P**$^{\mathbf{c}}$ **6** religioni *exhibent* **Pρ**, *sed* Religioni *scribendum: Phaedrus enim* Religionem *inter deos numerat (cf. 5, 11, 4; app. 30, 16; uide, sis, Muellerum, 103)* **7** *alii, inter quos Bentleius, Muellerus, Havetus,* oblitus cibi *cum sequentibus iungunt* **9** locutus **P** : loquutus **R**$^{\mathbf{?v}}$: iocatus *Heinsius apud Schefferum* | merito iaces **Pρ** : merito luis **Ad**$^{\mathbf{Ph}}$, *unde Postgatius coniecit* meritum luis **10** qui **Pρ** : quia **Ad**$^{\mathbf{Ph}}$ | subito **Pρ***; de* stulte *scribendo cogitaui, at nihil mutandum, nam Phaedrus per canem denotat "la gente nova e i sùbiti guadagni" (Dantis Al. Inf. 16, 73)* **11** triuio conceptus et educatus **Pρ**, *cf. etiam* **Ad**$^{\mathbf{Ph}}$ *(*triuio contentus et in stercoribus educatus*);* et *metri causa del. Bentley* : conceptus triuio et educatus *Langen, 205* : triuio concepte et educate *Müller 1861, 417* : triuio conceptus et nutritus *Nauck, 672 sq.*

XXVIII
[VVLPES ET AQVILA]

Quamuis sublimes debent humiles metuere,
uindicta docili quia patet sollertiae.
Vulpinos catulos aquila quondam sustulit
nidoque apposuit pullis escam ut carperent.
5 Hanc persecuta mater orare incipit,
ne tantum miserae luctum importaret sibi.
Contempsit illa, tuta quippe ipso loco.
Vulpes ab ara rapuit ardentem facem,
totamque flammis arborem circumdedit,
10 hosti dolorem damno miscens sanguinis.
[Aquila, ut periclo mortis eriperet suos,
incolumes natos supplex uulpi reddidit.]

P 1, 29, **R** 1, 29 /// **Ph** (**Φ** = **Ad**$^{\mathbf{Ph\chi}}$ 16 Th, **H**$^{\mathbf{\Phi}}$), **T** 16 Th (**W**; **Ad**$^{\mathbf{Ph\chi}}$ **Fr**$^{\chi}$ **H**$^{\mathbf{\Phi}}$ **S F B Mn**; **L**$^{\mathbf{ab}}$ **Vi Mk Wi**$^{\tau}$ **E**); de paraphrasibus huius fabulae alias fusius disserui (Zago 2016)

Cf. Archil. frr. 172–181 W^2; Aes. 3 C (1 H; 1 P); P. Mich. inv. 5771u, fr. 1, col. II (cf. Luppe 1996, 49–51); Synt. 24 H; uide etiam Adrados–van Dijk 2003, 3 sqq.; West 1974, 132 sqq. **1–2** cf. Publil. I 26 **3–4** respexit Abst. 1, 81 (uide, sis, Zago 2012, 99 sqq.) **4** *apposuit pullis escam* in his uerbis componendis Phaedrum puto ante oculos habuisse Archilochi uersum π ρ ο ύ θ η κ ε π α ι σ ὶ δ ε ῖ π ν ο ν αἰηνὲς φέρων (fr. 179 W^2) **10** cf. Ou. am. 2, 14, 31 sq.; rem. 59 sq.

VVLPES *(*-IS **P***)* ET AQVILA **Pρ** **1** humiles **ρ** **Ad**$^{\mathbf{Ph\chi}}$ *(ex* **Ph***)* : homines humiles **P** **2** solertiae *Rigault 1617* : solertia **PR**$^{\mathbf{v}}$ **4** nidoque **ρ** : nido quae **P** apposuit *duce Heinsio (cf. Burmannum) scripsi, nam* **Φ** *praebebat* apposuit*, Abst. 1, 81 exhibet* apponere*, quibus ex lectionibus colligi potest in* **α** *fuisse* apposuit*, quod Archilochi fr. 179 W*^{2}*,* π ρ ο ύ θ η κ ε π α ι σ ὶ δ ε ῖ π ν ο ν αἰηνὲς φέρων*, firmare mihi uidetur (ut enim* apposuit *sic* προύθηκε *est compositum uerbum; cf. etiam* **χ***, qui dabat, opinor,* uulpinos catulos aquila rapuit in nidum r e p o n e n s, quos pullis suis escam daret*)* : posuit **Pρ W** **5** persecuta **PR**$^{\mathbf{v}}$ *(ubi* persequuta*)* : prosecuta **T** **6** miserae **R**$^{\mathbf{b}}$ *(*miseriae **ρ***)* : misere **P** **8** uulpes *Pithou* : uulpis **PR**$^{\mathbf{v}}$ **10** *uersus iniuria uexatus, de quo optime disputauit Gnilka, 32 sqq.* **11–12** *del. Gnilka, 31 sqq.* **11** periclo *Pithou* : periculo **R**$^{?}$**ρ Φ** : pericolo **P** **12** reddidit **Φ T** : tradidit **Pρ**

XXIX
[ASINVS IRRIDENS APRVM]

Plerumque stulti, risum dum captant leuem,
graui destringunt alios contumelia
et sibi necopinum concitant periculum.
Asellus apro cum fuisset obuius,
5 “Salue” inquit “frater.” Ille indignans repudiat
officium et quaerit cur sic mentiri uelit.
Asinus demisso pene: “Similem si negas
tibi me esse, certe simile est hoc rostro tuo.”
Aper, cum uellet facere generosum impetum,
10 repressit iram, et: “Facilis uindicta est mihi,
sed inquinari nolo ignauo sanguine.”

P 1, 30, **R** 1, 30 /// **Ph** (**Ad**$^{\mathbf{Ph}\chi}$ 14 Th), **T** 14 Th (**W**; **Ad**$^{\mathbf{Ph}\chi}$ **Fr**$^{\chi}$ **S F B Mn**; **L**$^{\mathbf{ab}}$ **Vi Mk Wi**$^{\tau}$ **E**)

7–8 quod ad ὕβριν ὀρθίαν attinet asinorum, uide, sis, Thiele 1908a, 385; Hausrath 1936, 96; locis laudatis in illis commentationibus adde P. Oxy. 4762 (Mertens–Pack[3] 2630.01) **9–11** cf. Aes. 207 C (155 H; 150 P); Babr. 107; uide etiam **T** 22 Th (fortasse e deperdita quadam Phaedri fabula)

ASINVS IRRIDENS APRVM **P** *(ubi* INR-*)* **R**$^{\mathbf{v}}$ **1** captant **Pρ** : captent *Riese* **2** destringunt **P** : distingunt *(sic)* **ρ** **3** necopinum *Zago 2016a, 101 sqq.* : nociuum **Pρ** : inopinum *Cunningham* **7** demisso pene *Rigault 1617* : dimisso pene **PR**$^{\mathbf{s}}$ *(*dimissa *– sic –* pene **R**$^{\mathbf{v}}$*)* : dimisso pede **P**$^{\mathbf{c}}$*, cf.* extenso pede *(***Ad**$^{\mathbf{Ph}\chi}$*)* : emisso pene *Bothe 1803, adnotans “uulgo* demisso, *quod sententia repudiat”; anne* distento pene*? Nam asinus, opinor, penem suum cum rostro apri comparat propter magnitudinem glandis et tumorem; exspectes igitur penem esse arrectum, non demissum, id est exsertum sed flaccidum* **8** certe simile est hoc rostro tuo **P** *nec non* **R***, ut patet ex* **ρ** *et* **R**$^{\mathbf{v}}$*; cf. tamen* hic rostro tuo similis non *(sic)* est *(***Ad**$^{\mathbf{Ph}\chi}$*), unde Havetus coniecit* hic certe similis est r. t. *et* certe similis hic r. t. *(possis etiam* similis certe est hic r. t.*)*

XXX
[RANAE METVENTES TAVRORVM PRAELIA]

Humiles laborant ubi potentes dissident.
Rana e palude pugnam taurorum intuens,
“Heu, quanta nobis instat pernicies!” ait.
Interrogata ab alia cur hoc diceret,
5 de principatu cum illi certarent gregis
longeque ab ipsis degerent uitam boues,
“Est statio separata [inquit] ac diuersum genus,
sed pulsus regno nemoris qui profugerit,
paludis in secreta ueniet latibula
10 et proculcatas obteret duro pede.
Ita caput ad nostrum furor illorum pertinet.”

P 1, 31, **R** 1, 31 (**3–5** heu … certarent *exhibet* **R**^{f})

Cf. Verg. georg. 3, 219 sqq.; Hor. serm. 2, 3, 314 sqq. **1** cf. Publil. I 1; Hor. epist. 1, 2, 14; uide Tosi 2017, sub lemmate 1198

RANAE *(*RANE **P***)* M. T. PRAELIA (*sic*) **Pρ** **2** e *Bentley (de* e *ante* p- *cf. 3, 9, 5)* : in **Pρ** **5** illi certarent **PR**^{f}**ρ** : decertarent *Heinsius apud Schefferum, uersu insequenti* illis, *quod* **δ** *exhibebat, retento* | gregis **Pρ** : -es **P**^{c} **6** ipsis *Bothe 1825* : illis **Pρ** : uluis *Desbillons, doctius quam uerius* **7** est statio separata [inquit] ac diuersum *Gude apud Axen (cf. etiam Gudii notam apud Burmannum)* : est ratio separata inquit ac diuersum **PR**^{sgv} : sit *(ui concessiua praeditum)* statio separata [inquit] ac diuersum *Postgate, praeeunte Korsch (cf. Havet 1900, 295 sq.)* **8** sed pulsus *Rigault 1617 (possis etiam* at pulsus*:* at > et > ex*)* : expulsos **PR**^{v} : expulsus *Pithou, cui coniecturae acquieuit Postgate* **11** ita caput **P** : caput ita **ρ**

XXXI
[MILVVM ET COLVMBE]

Qui se committit homini tutandum improbo,
auxilia dum requirit, exitium inuenit.
Columbae saepe cum fugissent miluum
et celeritate pennae uitassent necem,
5 consilium raptor uertit ad fallaciam
et genus inerme tali decepit dolo:
"Quare sollicitum potius aeuum ducitis
quam regem me creatis icto foedere,
qui uos ab omni tutas praestem iniuria?"
10 Illae credentes tradunt sese miluo,
qui regnum adeptus coepit uesci singulas
et exercere imperium saeuis unguibus.
Tunc de reliquis una: "Merito plectimur."

P 1, 32, **R** 1, 32 /// **Ph** (**Ad**^{Ph} 28 Th), **T** 28 Th (**W**; **Fr**$^{\chi}$ **S F H**$^{\upsilon}$ **B Mn**; **L**^{ab} **Vi Mk Wi**$^{\tau}$ **E**)

3–4 cf. Ou. met. 1, 506; 5, 605 **7** cf. Manil. 4, 1 (uide Zago 2012a) **10–12** spectare uidetur Alberti apol. 56 (uide, sis, Viti 2007, 372) **13** hunc uersum spectauit Abst. 2, 62 (uide, sis, Zago 2015, 102) | *merito plectimur* cf. locos Aesopicos quos Havet 1895, 31 adn. et Perry 1940, 404 adn. 42 collegerunt

De hac fabula, nescio cur, Bergerus de Xivrey omnino tacet, sed Vincentius eam contulit et **R** *alias lectiones exhibebat ac* **ρ** *(uide quae de* **R**^{b} *ad u.* **8** *adnotabo); deest igitur* **R**^{v} *nec* **ρ** *adhiberi potest in textu constituendo* | MILVVM (*sic*) ET COLVMBE **P** **2** auxilia **P** : auxilium **Ad**^{Ph} **T** **3** saepe **P** *(ubi* sepe*)* **T** : semper **Ad**^{Ph} **6** inerme **P** : incertum **Ad**^{Ph}, *unde Harius coniecit* inermum, *Postgatius* incautum *(possis et* ineptum*)* **8** creatis **PR**^{b} : creastis **ρ** | icto **PR**^{b} : iuncto **P**^{c} : isto **ρ** **9** iniuria **P**^{c} : iniurias **PR**$^{?}$ *(*ut uos ab omnibus praestem iniuriis **Ad**^{Ph}*)* **10** tradunt *Pithou,* **Ad**^{Ph} : tradent **PR**$^{?}$ **11** singulas **PR**^{s} **Ad**^{Ph} **W**χ : singulis **P**^{c} *post u.* **13** *Havetus, praeeunte Riese, suspicatus est excidisse uersum uelut* huic spiritum praedoni quae commisimus *(quod ad iuncturam* spiritum ... commisimus *attinet uide 2, 8, 7): cf.* **Ad**^{Ph} una ex rel(iquis): "Sic merito agitur qui nostrum spiritum tali credidimus inimico", **W** tunc una ex illis ait: ... "Digne et bene patimur qui nos praedoni commi⟦ṣ⟧simus", **χ** tunc una ex illis ait: ... "Digne haec patimur quia *(*quae **F B Mn***)* nos tali commisimus", **ε** tunc una ex illis ait: ... "Merito *(***Wi**$^{\tau}$: pro recto **E** : digne **o***)* haec *(uel* hoc*)* patimur quae *(*quia **E***)* nosmet ipsas *(***o** : nosmet **E** : nos **Wi**$^{\tau}$*)* tali commisimus defensori *(*rectori **Wi**$^{\tau}$*). Versum talem fere qualem Havetus supplendum putauit probabile quidem est* **α** *post* **13** *praebuisse, sed dubium an ipse finxerit Phaedrus*

LIBER SECVNDVS

PROLOGVS
[AVCTOR]

Exemplis continetur Aesopi genus
nec aliud quicquam per fabellas quaeritur
quam corrigatur error ut mortalium
acuatque sese diligens industria.
5 Quicumque fuerit ergo narrandus logus,
dum capiat aurem et seruet propositum suum,
re commendetur, non auctoris nomine.
Equidem omni cura morem seruabo senis;
sed si libuerit aliquid interponere,
10 dictorum sensus ut delectet uarietas,

P 2, 1, **R** 2, 1 /// hunc prologum exhibebat etiam **α**, nam Perottus, dum metricam praefationem in *Epitomen fabellarum* conscribit, ex eo hausit, ut colligere potes si uersus **9–10** Phaedriani prologi confers cum iambis *s(a)ẹpe uersiculos interponens meos / … / solet quippe iuuare* (**N**[c] : *iuuaret* **N**) *ista uarietas*, a Perotto inuitis Musis fictis (**N**, f. 15r, uu. 7; 9); praeterea, in *Epistula Romuli ad Tiberinum filium*, quam **κ** praebebat (uide, sis, quae ad Phaedr. 1 prol. adnotaui), pericope *loca quae tibi … acuant satis ingenium* pendet ex uu. **4–5**, ubi Phaedrus *acuatque* et *logus* scripsit

PHAEDRI AVGVSTI LIBERTI LIBER SECVNDVS **R**[v] : PHAEDRI AVG(VSTI) LIB(ER) SECVNDVS INCIPIT **R**[?] : PHEDRI AVG(VSTI) LIBERTI · LIB(ER) SECVNDVS · INCIPIT LIBER TERTIVS · FELICITER **P**, *mendose* AVCTOR **PR**[v] **1** Aesopi **P** *(ubi* es-*)* **ρ** : humanum *coniecit Bentley, ita ut* continetur *idem esset quod 'coercetur' siue 'regitur'; tradita defendit Müller 1875, 26 sq., qui recte intellexit* Aesopi genus *dictum pro 'genere litterarum quod Aesopus inuenit' et* continetur *pro 'constat'* **5** narrandus logus *Guyet (uide etiam Shackleton Bailey, 451)* : narrandi locus **Pρ** *(cf.* **κ**, *ubi* loca*)* : narrandi iocus *Rittershausen* : narranti iocus *Freinsheim et Gude, uterque, ut uidetur, suo Marte* : narrantis iocus *Graevius in epistula quadam ad Heinsium a. 1673 (cf. Burman 1727a, IV, 195)* : narratus iocus *Hartman, 24 sq.* **7** commendetur *Heinsius in epistula quadam ad Schefferum a. 1662 (cf. Burman 1727a, V, 29)* : commendatur **Pρ** : commendator *Havet* **8** morem **Pρ** : more **R**[?] **9–10** *distinxit Heinsius in epistula ad Schefferum supra laudata (cf. ad u.* 7*); inde ab editione Pithoeana* dictorum *uulgo iungebatur cum* aliquid, *male* **9** si libuerit **Pρ** : siluerit **R**[?] | interponere **ρ** : interpone **P** **10** dictorum **Pρ** : doctorum *Hartman, 26*

bonas in partes lector accipiat uelim,
ita, si[c] rependet illi breuitas gratiam.
Cuius uerbosa ne sit commendatio,
attende cur negare cupidis debeas,
15 modestis etiam offerre quod non petierint.

12 cf. Callim. fr. 465 Pf.; Hor. serm. 1, 10, 9 sq.; art. 335 sqq.

11 accipiat *Bentley* : accipias **Pρ** **12** sic **PR**^{gv}, *corr. Barthius, 84 sq. (Ablegm. II, § 23)* | rependet **PR**^{v} : rependit **R**^{g} *(incertissimum tamen an Gudii testimonium fide dignum sit, nam lectionem* rependit *codici quoque* **P** *uir ille doctus haud recte tribuit)* | illi **PR**^{gv} : illam *Heinsius apud Burmannum, u.* **11** accipias *retento (sed poetarum Latinorum sospitator* istam *melius coniecisset; de* sic istam tibi rependet breuitas gratiam *cogitauit Perizonius, 64)* : libri *La Penna, 228,* accipias *seruato; tradita* accipias *et* illi *defendere conatus est Tacke, 34, qui rettulit* illi *ad* uarietas *(u.* **10***) et* gratiam *uertit Germanica uoce 'Anmut', hunc esse sensum arbitratus, 'ita, si breuitas dabit leporem uarietati'. Credat Iudaeus Apella, non ego: nam 'gratiam rependere' idem est quod 'gratiam referre pro beneficio accepto', cf. Ou. met. 2, 693 sq. Vt uidit La Penna, 228, cui libenter assentior, "Phaedrus inter fabellas Aesopias aliquid noui generis se interpositurum nuntiat, sed, ueritus ne lector magnum librum quasi magnam calamitatem fugiat, illius beneuolentiam breuitate se repensurum promittit"* **13** cuius **Pρ** : cui ius **R**$^{?}$ | ne sit **R**^{Sir} *(*ne⟦s⟧ çit – *sic* – **r***)* : nescit **PR**^{v}

I
[IVVENCVS LEO ET PRAEDATOR]

Super iuuencum stabat deiectum leo.
Praedator interuenit partem postulans.
“Darem” inquit “nisi soleres per te sumere,”
et improbum reiecit. Forte innoxius
5 uiator est deductus in eundem locum,
feroque uiso rettulit retro pedem.
Cui placidus ille “Non est quod timeas” ait;
“et quae debetur pars tuae modestiae
audacter tolle.” Tunc diuiso tergore
10 siluas petiuit, homini ut accessum daret.
Exemplum egregium prorsus et laudabile,
uerum est auiditas diues et pauper pudor.

P 2, 2, **R** 2, 2

2 cf. Plaut. Most. arg. 5 sq. **8–9** cf. Ou. met. 8, 647 sqq. (uide Zago 2020)

IVVENCVS ... PRAEDATOR **PR**v *(ubi* PROE-*)* **4** *in* forte *pellucet uis ablatiui; inde pendet* deductus *(u.* **5***)* **7** quid **PR**v*, corr. Pithou (cf. app. 13, 28)* **8** et **Pρ**, *seruaui coll. Plin. epist. 9, 5, 1; ThlL, s. u.* et*, 873, 24–26 (uide etiam Postgate,* XVIII*: “*et *ferri potest si acceperis* non est quod timeas *pro ‘noli timere’”)* : en *Meursius*

II
[ANVS DILIGENS IVVENEM ITEM PVELLA]

A feminis utcumque spoliari uiros,
ament, amentur, nempe exemplis discimus.
Aetatis mediae quendam mulier non rudis
tenebat, annos celans elegantia,
5 animosque eiusdem pulchra iuuenis ceperat.
Ambae, uideri dum uolunt illi pares,
capillos homini legere coepere inuicem.
Qui se putarat fingi cura mulierum,
caluus repente factus est; nam funditus
10 canos puella, nigros anus euellerat.

P 2, 3, **R** 2, 3

Cf. Aes. 52 C (31 H; 31 P); Babr. 22; Tetr. 1, 54 M; Diod. Sic. 33, 7, 5–7; uide Adrados–van Dijk 2003, 44–46 **2** cf. Catull. 45, 20; fr. poet. Lat. inc. 45 Bl.

ANVS … PVELLA **PR**v; *haud secus ac Postgatius suspicor* IVVENEM, *quod contra mentem poetae est, ortum esse ex* iuuenis *u.* **5** *accepto pro genetiuo* **1** spoliari **PR**v : expoliare **R**g : exspoliari **R**r **3** quēdam **R**g : quedam **P** *(cf. 2, 3 inscr.)* : quaedam **R**v : cuidam *Rigault,* tegebat *u.* **4** *seruato* **4** tenebat *Prasch, 32 sq. (uide etiam Gudium)* : tegebat **Pρ** **5** animosque … ceperat **ρ** : animusque … coep- **P** : animumque … cep- *Scheffer* **8** putarat *Eyssenhardt (cf. etiam Önnerfors, 449)* : putaret **PR**r**ρ** | fingi *Schoppe* : pingi **PR**r**ρ**

III
[AESOPVS AD QVEMDAM DE SVCCESSV INPROBORVM]

Laceratus quidam morsu uehementis canis
tinctum cruore panem [in]misit malefico,
audierat esse quod remedium uulneris.
Tunc sic Aesopus: “Noli coram pluribus
5 hoc facere canibus, ne nos uiuos deuorent,
cum scierint esse tale culpae praemium.”
Successus improborum plures allicit.

P 2, 4, **R** 2, 4

Cf. Aes. 178 C (64 H; 64 P); Synt. 56 H; Publil. Q 35

AESOPVS … INPROBORVM **R**^{v} *nec non* **P** *(ubi tamen* ESOPVS *et* QVEDAM, *cf. ad 2, 2, 3)* **2** [in]misit *post Salmasium Jo. Fred. Gronovius in epistula quadam ad Schefferum a. 1661 (cf. Strömberg, 165)* : inmisit **PR**^{b} : imm- **ρ** **5** uiuos **Pρ** : ut uos **R**$^{?}$ **7** allicet **PR**$^{?v}$, *corr. Pithou*

IV
[AQVILA FELES ET APER]

Aquila in sublimi quercu nidum fecerat;
feles cauernam nancta in media pepererat;
sus nemoris cultrix fetum ad imam posuerat.
Tum fortuitum feles contubernium
5 fraude et scelesta sic euertit malitia.
Ad nidum scandit uolucris: “Pernicies” ait
“tibi paratur, forsan et miserae mihi.
Nam fodere terram quod uides cottidie
aprum insidiosum, quercum uult euertere,
10 ut nostram in plano facile progeniem opprimat.”
Terrore effuso et perturbatis sensibus
derepit ad cubile setosae suis.
“Magno” inquit “in peric[u]lo sunt nati tui;
nam simul exieris pastum cum tenero grege,
15 aquila est parata rapere porcellos tibi.”
Hunc quoque timore postquam compleuit locum,
dolosa tuto condidit sese cauo.
Inde euagata noctu suspenso pede,
ubi esca se[se] repleuit et prolem suam,

P 2, 5, **R** 2, 5

Cum hac Phaedri narratione conferri potest fabula Aegyptia de qua uide, quaeso, Williams 1956, 72; La Penna 1964, 32 adn. 1 | Ad Phaedri fabulam respexit Abst. 1, 81 (cf. Zago 2012, 100 sq.) **1** cf. Aes. 3, rec. III, 1–3 C (1, rec. III, 1–3 H) **10–11** *opprimat / terrore effuso* cf. Liu. 22, 19, 6 *effuso* (*off-* Walch 1815, 157) *terrore opprimeret*

AQVILA ... APER **P** *nec non* **R**, *ut colligi potest ex* **ρ** *ac* **R**ᵛ **3** nemoris cultrix **PR**ʳ**ρ** : nemoricultrix *Rittershausen, coll. Catull. 63, 72 et Petron. 55, 6, 6, fortasse recte* **4** tum **PR**ʳ**ρ** : cum *Havet, qui post* posuerat *(u.* **3***) lenius interpunxit (cf. 5, 25, 20 sqq.)* **8–9** *de structura orationis cf. Cic. fam. 8, 6, 5; Tac. Agr. 34, 3; caue credas* quem *pro* quod *(***Pρ***) reponendum* **11** effuso **Pρ** *(cf. Liu. 22, 19, 6, in secundo apparatu laudatum; uide ThlL, s. u.* effundo*, 225, 62 sqq.);* offuso*, quod coniecit Rittershausen, uulgo editur sine iusta causa* **12** derepit *Colerus apud Rittershusium* : diripit **PR**?ᵛ **13** periculo **Pρ**, *corr. Rittershausen* **17** tuto **R**ˢ **r** : toto **PR**?ᵛ **19** sese repleuit **PR**ᵛ, *corr. Pithou*

20 pauorem simulans prospicit toto die.
Ruinam metuens aquila ramis desidet;
aper rapinam uitans non prodit foras.
Quid multa? Inedia sunt consumpti cum suis
feli[s]que ⟨ac⟩ catulis largam praebuerunt dapem.
25 Quantum homo bilinguis saepe concinnet mali,
documentum habere stulta credulitas potest.

23 sunt **P**, *om.* **ρ** : sic *Bentley* **24** feli[s]que ⟨ac⟩ *ego, coll. u.* **19** *(*ac *absorptum esse censeo sequenti syllaba* ca-*)* : felisque **Pρ** : feli atque *Bentley* : feli[s]que ⟨et⟩ *Hare et Cunningham (uter prior in incerto est)* **26** habere **Pρ** : habere ⟨hoc⟩ *(uel* ⟨id⟩*) Heinsius apud Burmannum* : habere ⟨hinc⟩ *Bentley* : ⟨hinc⟩ capere *Cunningham* | stulta **Pρ** : stulte **P**[c]

V
[ITEM CAESAR AD ATRIENSEM]

Est ardalionum quaedam Romae natio,
trepide concursans, occupata ⟨i⟩n otio,
gratis anhelans, multa agendo nil agens,
sibi molesta et aliis odiosissima.
5 Hanc emendare, si tamen possum, uolo
uera fabella; pretium est operae attendere.
Caesar Tiberius cum petens Neapolim
in Misenensem uillam uenisset suam,
quae monte summo posita Luculli manu
10 prospectat Siculum et respicit Tuscum mare,
ex alticinctis unus atriensibus,
cui tunica ab umeris linteo Pelusio
erat destricta, cirris dependentibus,
perambulante laeta domino uiridia[ria],
15 alueolo coepit ligneo conspergere

P 2, 6, **R** 2, 6

1–4 cf. Sen. tranq. 12, 2; 13, 1; breu. 3, 2; 12, 2; 13, 1; 14, 3; 16, 1; Mart. 2, 7; 4, 78; Plin. epist. 1, 9 **7–10** de uilla Misenensi uide, sis, quae Henderson 2001, 22 sq. adnotauit

ITEM … ATRIENSEM **P** *nec non* **R**, *ut patet ex* **ρR**^{v} *(ut Rigaltius animaduertit, ex* ITEM *colligi potest narrationem proxime praegressam excidisse)* : TIBERIVS CAESAR AD ATRIENSEM *Riese, haud inscite opinatus* ITĒ *ex* T̄ĪB̄ *ortum* **2** notio **PR**^{v}, *corr. Pithou* **3** nihil **Pρ**, *corr. Langen, 201* **8** in **ρ** : im **P** | Misenensem *Pithou* : misiniensem **P** *(spatiolo relicto inter* im *et* mis-*)* : Miseniensem **R**^{g} : Misinensem **R**^{v} **9** posita **ρ** : posita est **P** | Luculli *Pithou* : Lucili **PR**$^{?v}$: Lucilii **P**^{c} **10** respicit *Jo. Fred. Gronovius in epistula quadam ad Schefferum a. 1661 (cf. Strömberg, 165); uide etiam Heinsium in epistula quadam ad Scheffe-rum a. 1662 (cf. Burman 1727a, V, 30)* : perspicit **P**, *ubi* p(er)-, **R**$^{?}$: prospicit **R**^{r}**ρ** : despicit *Guyet* **11** alticinctis **P** *(ubi* alti *in exitu lineae)* **ρ**, *ubi* alti c- *(cf. CGL II, p. 226, 12; not. Tir. tab. 77 n. 97)* : alti cinctus **R**$^{?}$: alte cinctis *Salmasius* **13** destricta **P** : dis- **ρ** **14** uiridiaria **PR**^{sr} *(*uiridaria **ρ***), corr. Bongarsius et, suo Marte, Salmasius*

humum aestuantem, come officium iac⟨ti⟩tans;
sed deridetur. Inde notis flexibus
praecurrit alium in xystum, sedans puluerem.
Agnoscit hominem Caesar remque intellegit:
20 [ut putauit esse nescio quid boni]
“Heus!” inquit dominus. Ille enimuero assilit,
donationis alacer certae gaudio.
Tum sic iocata est tanta maiestas ducis:
“Non multum egisti et opera nequiquam perit;
25 multo maioris alapae mecum uene[r]unt.”

16 come officium iac⟨ti⟩tans *Rigault 1617 (cf. Housman 1930, ad Manil. 5, 635)* : iactans officium come **PR**^{sv} : iactans officium come⟨s⟩ *Wase* : iactans officium leue *Bentley* : iactans come offici⟨ol⟩um *Bentley in nota a Postgatio edita* : iactans officium suum *Cunningham (cf. etiam Shackleton Bailey, 451 sq.)* **19** Caesar remque **ρ** : Caesaremque **PR**$^{?}$ **20** *hunc uersum, quem* **P** *(ubi* quit*) habet et* **R** *praebebat, ut apparet ex* **R**^{v} *(cf. etiam* **R**$^{?}$*), del. Rigault 1630* **22** certae *Pithou* : certe **PR**$^{?v}$ **23** iocata **PR**$^{s?}$**ρ** : locuta *Pithou, ‘i’ longa, quam* **P** *exhibet, pro ‘l’ accepta* | tanta **PR**$^{?v}$: tanti *Pithou* **25** maioris **R**^{Sir}**ρ** : maiores **PR**$^{?r}$ | uenerunt **PR**$^{?rv}$, *corr. Pithou*

VI
[AQVILA CORNIX ET TESTVDO]

Contra potentes nemo est munitus satis;
si uero accessit consiliator maleficus,
uis et nequitia quicquid oppugnant ruit.
Aquila in sublime sustulit testudinem.
5 Quae cum abdidisset cornea corpus domo
nec ullo pacto laedi posset condita,
uenit per auras cornix et propter uolans:
"Opimam sane praedam rapuisti unguibus;
sed nisi monstraro quid sit faciendum tibi,
10 graui nequiquam te lassabit pondere."
Promissa parte suadet ut scopulum super
altis ab astris duram illidat corticem,
qua comminuta facile uescatur cibo.

P 2, 7, **R** 2, 7, **N** 48; **ζ** quoque hanc fabulam uidetur exhibuisse (cf. Zago 2016, 29 sq.) /// **T** 17 Th (**W**; **Fr**$^{\chi}$ **S F B Mn**; **L**^{ab} **Vi Mk Wi**$^{\tau}$ **E**)

Ad rem cf. Val. Max. 9, 12, ext. 2; Plin. nat. 10, 7; Ael. nat. an. 7, 16; uide etiam Aes. 352 C (259 H; 230 P); Babr. 115; Auian. 2; Tetr. 1, 40 M

AQVILA CORNIX ET TESTVDO **ρ** : AQVILA ET CORNIX **P**^{c} : A. ET CORNEX **P** : POTENTIBVS NON FACILE RESISTI POSSE. QVOD SI NEFARIVS CONSVLTOR ACCESSERIT OMNIA PESSVMDARI **N** **1–3** *desunt in* **N** *(sed cf. inscriptionem)* **1** contra potentes **Pρ** : contra potentem **W** *(uerbis* nemo tutus *excipientibus* potentem*)* | est munitus **r** : est monitus **P** : tutus **R**^{v} : tutus est **R**$^{?}$*; cf.* **κ** tutus et *(uel* ac*)* munitus*; puto* **φ** *duplicem lectionem* tutus munitus *hic exhibuisse* **6** pọṣṣet **N** *(*posset **VN**^{i}*)* : possit **PR**$^{?v}$ **7** propter **Pρ** : praeter **V** *(ubi* pre-*)* **N**^{id} *(*ʒẹṭẹṛ **N***)* **8** sane **Pρ** : inquit **N T** *(cf. Praef. § VI)* **10** lassabit **PR**$^{?v}$: lassauit **N** **11** suadet **Pρ** : uadens **N**^{c} : uadit **N**, *nisi fallor* | scopulum **Pρ** : scopulos **N**, *fortasse recte, cf. Aes. 352, rec. v, 4 C* πετρῶν*; Tetr. 1, 40, 3 M* πέτραις **12** altis **Pρ**, *om.* **N** | illidat **P** *(ubi* inl-*)* **ρ** : illidat monet **N**^{c} : illidas monet **N** **13** facile … cibo **Pρ N** : facili … cibo *Burman 1718* : facilem … cibum *Müller; cf. 1, 31, 11, ubi uide quae adnotaui*

Inducta uerbis, aquila monitis paruit
⟨***⟩
15 simul et magistrae large diuisit dapem.
Sic tuta quae Naturae fuerat munere,
impar duabus occidit tristi nece.

14 inducta uerbis **Pρ N** : inducta ueris *Jo. Fred. Gronovius 1637, 73* : indocta uafris *Festa, 261 sq. (*inducta uafris *Postgate)* | *post hunc uersum excidisse opinor unum senarium qualis est* et sine labore carnem discerpsit sibi*; lacunam unius uersus post* paruit *statuit iam Havet, qui, u.* **14** monitis *(***Pρ N***) in* ut anui *mutato, de* nullo labore carnem discerpsit sibi *redintegrando cogitauit* **15** et **Pρ**, *om.* **N** | large **Pρ N** : largam *Burman, coll. 2, 4, 24* diuisit **Pρ** : dimisit **N** **16** naturae *(*-re **P***)* fuerat **Pρ** : fuerat naturae **N**

VII
[MVLI DVO ET VECTORES]

Muli grauati sarcinis ibant duo;
unus ferebat fiscos cum pecunia,
alter tumentes multo saccos hordeo.
Ille onere diues celsa ceruice eminet
5 clarumque collo iactat tintinabulum,
comes quieto sequitur et placido gradu.
Subito latrones ex insidiis aduolant
interque caedem ferro mulum sauciant,
diripiunt nummos, neglegunt uile hordeum.
10 Spoliatus igitur casus cum fleret suos,
“Equidem” inquit alter “me contemptum gaudeo,
nam nil amisi nec sum laesus uulnere.”
Hoc argumento tuta est hominum tenuitas,
magnae peric[u]lo sunt opes obnoxiae.

P 2, 8, **R** 2, 8, **N** 19

Cf. Aes. 354 C (256 H; 228 P) **13–14** cf. app. 28, 10–12, ubi uide, sis, adn. meam

MVLI DVO ET VECTORES **PR**^{v} (ET *procul dubio delendum, cf. Havetum*) : DE DIVITIIS ET PAVPERTATE AD ANDRỊAM (-RI- **N**^{d} : -RE- **VN**^{i} : ADRIANVM **N**^{o}) CONTRARIVM VENETVM **N** **1** *huic uersui in* **N** *praemittuntur quindecim iambi a Perotto ficti, de quibus haud male disputauit Boldrini 1991* **3** tumentes multo saccos hordeo **Pρ** : tumentis multos saccos ordeo **N** **4** emiṇ&̣ **N** (eminet **VN**^{i}) : eminens **Pρ** **5** iactat **N** : iactans **Pρ** **7** subito latrones **Pρ** : latrones subito **N** **8** mulum **PR**^{r}**ρ N** : ditem *Postgate 1918, 93 sq., ingeniosius quam uerius (cf. Zago 2016a, 119 adn. 2)* | saục̣ịạṇṭ **N** (sauciant **VN**^{obid}) : trucidant **PR**$^{Rr?}$**ρ** **12** nam **Pρ** : quod **N** | nil **Pρ** : nihil **N** | amisi **Pρ** : ammisi **N** | laesus **P** (*ubi* le-) **ρ** : passus **N** | uulnere **Pρ** : uulnera **VN**^{obi} (ụ{ **N**) **13–14** *desunt in* **N** **14** periculo **Pρ**, *corr. Pithou*

VIII
[CERVVS AD BOVES]

Ceruus nemorosis excitatus latibulis,
ut uenatorum effugeret instantem necem,
caeco timore proximam uillam petit
et opportuno se bouili condidit.
5 Hic bos latenti: “Quidnam uoluisti tibi,
infelix, ultro qui ad necem cucurreris
hominisque tecto spiritum commiseris?”
At ille supplex: “Vos modo” inquit “parcite;
occasione rursus erumpam data.”
10 Spatium diei noctis excipiunt uices.
Frondem bubulcus affert, nil adeo uidet.
Eunt subinde et redeunt omnes rustici,
nemo animaduertit; transit etiam uilicus,
nec ille quicquam sentit. Tum gaudens ferus

P 2, 9, **R** 2, 9, **N** 12; **ζ** quoque hanc fabulam uidetur exhibuisse (cf. Zago 2016, 29 sq.) /// **Ph** (**Ad**$^{\chi Ph}$ 69 Th), **T** 69 Th (**W Fr**$^{\iota}$; **Ad**$^{\chi Ph}$ **S F B Mn**; **L**^{ab} **Vi Mk E**)

Vide Tosi 2017, sub lemmate 1271; cf. etiam Enn. sat. 21–58 V^{2} (fr. 17 Courtn. = Bl.); Babr. 88; Auian. 21

CERVVS AD BOVES **PR**^{v} : DOMINOS IN REBVS SVIS VIDERE PLVRIMVM **N** *(*D. I. R. S. PLVRIMVM VIDERE **N** *in indice)* **1** nemorosis excitatus **Pρ** : ṇẹmoṛum exagiṭaṭuṣ **N** *(*nemorum exagitatus **N**^{id} : nemorum exagitatis **V**: nemorum ex{ **N**^{o} : nemorum excitatus **N**^{b}*)* **2** effugeret **V** *(in* **N** *uerbum prorsus euanuit)* **Ad**$^{\chi Ph}$ *(ex* **Ph**, *nam* **T** euaderet *praebebat;* effugeret, *opinor,* **α** *exhibebat, cf. Zago 2015, 100)* : fugeret **PR**^{s}**ρ** **4** et opportuno se bouili condidit *Pithou* : et oportuno bouile se condidit **P**^{c}, bouile *in rasura scripto (quid primitus fuerit dispici nequit)* : et opportuno bobili se condidit **R**, *ut colligi potest ex* **R**$^{?v}$ *et* **ρ** : et inter bubulos rusti{ **N** *(*e. i. b. rustice se condidit **V** : e. i. b. rusticus s. c. **N**^{id}*)* : et se in bouile coniecit **Ad**$^{\chi Ph}$ **T** **5** hic bos **Pρ** : huic eo **N** : huic bos **ι** **7** hominisque **N** : hominumque **Pρ** **8** uos **N T** : bos **PR**$^{?v}$ **10** diei **Pρ** : dein **N** **11** nil *Siebelis 1865,* VII : nihil **N** : nec **PR**^{r}**ρ** | adeo *Salmasius (uide Hartel, 150)* : ideo **PR**^{r}**ρ**, *om.* **N** **13** animaduertit **Pρ** : eum aduertit **N** **14** ille **Pρ N L** *(ex* **ζ***)* : ipse **Ad**$^{\chi Ph}$ **κ** | sentit **Pρ N** : cernit *Nauck, 675* | tum **Pρ N** : tunc **T** | ferus **Pρ Ad**$^{\chi Ph}$ **ι Mn** *(*fera **SB** : ceruus **F***)* : ceruus **N**^{obi} *(scriptura euanuit in* **N** : coruus **V***)* **ε W**^{2} *(*ferus **W**, *ut uidetur)*

15 bubus quietis agere coepit gratias,
hospitium aduerso quod praestiterint tempore.
Respondit unus: “Saluum te cupimus quidem,
sed ille qui oculos centum habet, si uenerit,
magno in peric[u]lo uita uertetur tua.”
20 Haec inter ipse dominus a cena redit
et, quia corruptos uiderat nuper boues,
accedit ad praesepe: “Cur frondis parum est?
Stramenta desunt. Tollere haec aranea
quantum est laboris?” Dum scrutatur singula,
25 cerui quoque alta conspicatur cornua;
quem conuocata iubet occidi familia,
praedamque tollit. Haec significat fabula
dominum uidere plurimum in rebus suis.

15 bubus **R**$^{?v}$ **N** **Ad**$^{\chi Ph}$ **W** *(*bo- **Fr**$^{\iota}$ **κ***)* : boues **P**^{c} *(ex* bobus*?)* | quietis **Pρ** **N** : quietos **P**^{c} **16** quod praestiterint **P** *(ubi* pre-*)* **ρ** *(*quod *etiam* **Ad**$^{\chi Ph}$ **T***)* : quia praestarent **N** **17** cupimus **Pρ** : uolumus **N** **Ad**$^{\chi Ph}$ **T** *(cf. Zago 2016, 9 adn. 30; Zago 2017, 354 sq.)* **19** *om.* **N** | periculo **Pρ**, *corr. Pithou* **22** accedit **Pρ** : accepit **V** *(*a{ **N***)* : accessit **Ad**$^{\chi Ph}$ **T** | praesepe **P** *(ubi* pre-*)* **ρ** : praesepia **V** *(legi nequit* **N***)* **Ad**$^{\chi Ph}$ **T** *(cf. Praef. § VI)* **23** desunt **Pρ** **N**^{i} : desinit **V** *(nunc in* **N** *nihil certi dispicitur)* **25** ˪alta˩ conspicatur **N**, *l. red. ex* **VN**^{i} : est alta conspicatus **P** *nec non* **R**, *ut colligi potest ex* **R**^{v} *ac* **ρ** **27** p˪raedamque t˩ọllit **N**, *l. red. ex* **VN**^{obi} : praedumque tollit **P** : praedamque tolli **ρ** | haec significat fabula **Pρ** : quam parauerat casus **N** **28** *om.* **N**, *sed cf. inscriptionem* dominum **Pρ** **Ad**$^{\chi Ph}$ **κ** : dominos **ι** *nec non* **N** *in inscriptione fabulae praefixa et in indice*

IX
[AVCTOR]

Aesopi ingenio statuam posuere Attici
seruumque collocarunt aeterna in basi,
patere honoris scirent ut cuncti uiam
nec generi tribui sed uirtuti gloriam.
5 Quoniam occuparat, alter ne primus foret,
ne[c] solus esset studui; quod superfuit;
nec haec inuidia, uerum est aemulatio.
Quod si labori fauerit Latium meo,
plures habebit quos opponat Graeciae.
10 Si⟨n⟩ Liuor obtrectare curam uoluerit,
non tamen eripiet laudis conscientiam.

P 2, 10, 1–11, **R** 2, 10, 1–11; **N** (34) exhibet carminis integri instar tantum uu. **1–4**; ex iisdem uersibus effictus est locus *De statua Aesopi* quem in sylloga extrema prae se ferebat **T** (pp. 304 sq. Th), unde defluxerunt **W χ** (**Fr**$^{\chi}$ **F B Mn**) **o** (**L**^{ab} **Vi**); **M** quoque (18; cf. Zago 2015, 84) tantum quattuor iambos priores habet huius Phaedri carminis, quos librarius continuauit ultimo uersui fabulae quartae libri tertii

1–4 cf. app. Plan. 332 (Agath.); Tatian. ad Graec. 34, 5 (ed. Marc.) **5–11** cf. Gärtner 2007, 445 | **5–6** cf. Hieronym. epist. 52, 8, 3 **10** *Liuor* cf. quae adnotabo ad 3 prol. 60

AVCTOR **P** *(ubi* AVTOR*)* **R**^{v} : INGENIO ET VIRTVTI VERAM GLORIAM TRIBVI **N***; titulus deest in* **M***, ubi nullo spatio interiecto uersus primus excipit 3, 4, 7* **1** Aesopi **PR**$^{?v}$ **λ** : Aesopo **P**^{c} | ingenio **λ** *(cf.* **T***, ubi duae uoces ab eo quod est* ingenium *occurrebant)* : ingento **P** : ingentem **P**^{c}**ρ** **2** seruumque **M** : ṣẹṛụụmque **N** *(*seruumque **VN**^{bid}*)* : seruulum quae **P** : seruolumque **R**^{v} aeterna in **Pρ** : aeternae **N** : aeterne **M** **3** honoris **M** : honori **N***, ubi uerbum paene euanuit sed legi potest* : homini **PR**$^{?v}$ **5** *uersus iniuria uexatus, cf. Havet 1900, 297* **6** nec **Pρ***, corr. Rittershausen* | studii **PR**$^{?v}$*, corr. Rittershausen* **8** fauerit *Pithou* : faueret **P**^{c} : *aut* faberet *aut* falleret **P** : faberet **R**$^{?v}$ **10** si **Pρ***, corr. Meursius (cf. 2 epil. 4)* | libor **R**$^{?v}$: labor **P** *(librarius forsitan* la *ex* li *fecerit)* | obtrectare *Pithou* : oblectare **PR**$^{?}$ *(quod ad* **R**^{v} *attinet, Vincentius haeret incertus utrum librarius codicis* **R** oblectare *scripserit an, 'i' longa adhibita,* obiectare*)*

⟨EPILOGVS⟩

Si nostrum studium ad aures peruenit tuas
et arte fictas animus sentit fabulas,
omnem querelam submouet felicitas.
Sin autem doctus [ab] illis occurrit labor,
5 sinistra quos in lucem natura extulit
nec quicquam possunt nisi meliores carpere,
fatale exitium corde durato feram,
donec Fortunam criminis pudeat sui.

P 2, 10, 12–19, **R** 2, 10, 12–19 /// pauca hinc hausit paraphrasta **T** cum conscripsit *Epistulam Aesopi ad magistrum Rufum*, de qua uide, sis, quae adnotabimus ad prologum libri tertii; uerbum autem *querelas*, quod offendimus in loco *De statua Aesopi* quem codices ex **T** deriuati exhibent (cf. adnotata ad superius carmen), ex uersu tertio huius, de quo nunc agimus, epilogi fortasse depromptum est

4 cf. Catull. 1, 7 **7–8** huc respexit Machiavelli (cf. epist. ad Fr. Vettori a. d. IV idus decembr. a. 1513 datam): uide Zago 2015, 106 sqq.

Hoc cum praecedenti carmine in **δ** *cohaerebat (cf.* **P** *ac* **ρ***); seiunxi duce Tacke (29 sqq.), cuius sententia illud est carmen ultimum libri II, iam epilogi in modum formatum, hoc epilogus uerus* **1** peruenit tuas **Pρ** : peruenit suas *(hoc est 'idoneas') Hartel, 151* : cultas perŭenit *Müller 1867* : tritas perŭenit *Zorn, cuius adnotatiunculas non uidi, sed ex Heydenreich (26 sq.) noui; de* peruenit bonas *scribendo cogitaui, coll. Prop. 2, 13, 15, sed fortasse nihil mutandum (uide, sis, quae scripsit Tacke, 34 sq.)* **4** doctus [ab] illis occurrit *Rigault 1617* : ab illis doctus occurrit **P** *nec non* **R**, *ut apparet ex* **R**[v] *(*ab illis doctus*) et* **ρ** *(*occurrit*)* : ac illis doctus occurrit *Schoppe* : et illis doctus occurrit *Rittershausen* : ad illos doctus occurrit *Jo. Fred. Gronovius, ut uidetur (cf. Burman 1727)* : ab illis doctus obteritur *Bentley* : rabulis doctus occurrit *Baehrens, 153 sq., ingeniosius quam uerius; quod olim (Zago 2015, 106) conieci* ab illis doctus corripitur, *litteris transpositis et parum immutatis (*corripit' > ocpirrit > occurrit*), etiam doctissimo Alton (327) in mentem uenisse uideo; alia praetereo, quae alibi (Zago 2015, 106) collecta inuenies* | *Deest subscriptio*

⟨LIBER TERTIVS⟩

PROLOGVS
[PHAEDRVS AD EVTYCHVM]

Phaedri libellos legere si desideras,
uaces oportet, Eutyche, a negotiis,
ut liber animus sentiat uim carminis.
“Verum” inquis “tanti non est ingenium tuum,
5 momentum ut horae pereat officii⟨s⟩ mei⟨s⟩.”
Non ergo causa est manibus id tangi tuis
quod occupatis auribus non conuenit.
Fortasse dices “Aliquae uenient feriae,
quae me soluto pectore ad studium uocent.”
10 Legesne, quaeso, potius uiles nenias,
impendas curam quam rei domesticae,
reddas amicis tempora, uxori uaces,

P 3, 1, **R** 3, 1; e uu. **31–37** huius Phaedri prologi Perottus hausit uersus 10–16 sui ad Pyrrhum prologi (**N**, f. 15r–u) /// multa ex Phaedriano prologo de quo agimus deriuata reperiuntur in *Epistula Romuli ad Tiberinum filium*, quam **κ** exhibebat (de hac epistula uide, quaeso, adnotata ad prologum primi libri). Haud pauca ex Phaedri prologo libri tertii deprompta inuenies etiam in *Epistula Aesopi ad magistrum Rufum*, quam praebebat **T** (pp. 4 sqq. Th), unde hauserunt **ι** (**W Fr**$^{\iota}$) **χ** (**Fr**$^{\chi}$ **B Mn**) **o** (**L**^{ab} **Vi**). Ceterum, aliquid quod hunc prologum redoleat inest loco *De statua Aesopi* (**T**, pp. 304 sq. Th), de quo uide supra, ad 2, 9

1–3 cf. Lucr. 1, 50–53; ad hunc Phaedri locum respexisse uidetur [Sen.] Oct. 383 sq. | **1** *libellos* cf. Catull. 1, 1 **2** *Eutyche* uide Henderson 2001, 66 sqq. **6** cf. Catull. 14b **8–16** cf. Hor. epist. 2, 2, 65 sqq. (nescio an Phaedrus in mente habuerit etiam uu. 131 sqq. eiusdem Horatianae epistulae; quod ad uitae munia attinet cf. etiam Hor. art. 312 sqq.)

Liber caret inscriptione, sed uide u. **29** *et subscriptionem post 3, 19, 12* PHAEDRVS AD EVTYCHVM **PR**$^{?}$**ρ** **4** inquis **ρ** : inquit **PR**$^{?}$ **5** officii mei **Pρ**, *suppl. Heinsius in epistula quadam ad Schefferum a. 1661 (cf. Burman 1727a, V, 13)* : officio meo *(uel* officiis meis*) Jo. Fred. Gronovius in epistula quadam ad eundem Schefferum a. 1662 (cf. Strömberg, 166)* **9** soluto **r** *(cf.* **W**, *qui in Epistula Aesopi habet* solutus animus*)* : solito **PR**$^{?v}$ *(cf.* **Fr**$^{\iota}$, *qui exhibet in Epistula Aesopi* solitus animus*)* **10** nenias **R**^{v} : uenias **P**

animum relaxes, otium des corpori,
ut assuetam fortius praestes uicem?
15 Mutandum tibi propositum est et uitae genus,
intrare si Musarum limen cogitas.
Ego, quem Pierio mater enixa est iugo,
in quo tonanti sancta Mnemosyne Ioui
fecunda nouies Artium peperit chorum,
20 quamuis in ipsa natus sim Phoebi schola
curamque habendi penitus corde eraserim
et laude multa uitam in hanc incubuerim,
fastidiose tamen in coetum recipior.
Quid credis illi accidere qui magnas opes
25 exaggerare quaerit omni uigilia,
docto labori dulce praeponens lucrum?
Sed iam, "quodcumque fuerit," ut dixit Sinon
ad regem cum Dardaniae perductus foret,
librum exarabo tertium Aesopi stilo,
30 honori et meritis dedicans illum tuis.

13–14 uide adnotata ad 3, 14 **16** *intrare … Musarum limen* id est, opinor, limen transilire aedium Herculis Musarum (uide adnotata ad u. **23**) **17–19** cf. Hes. th. 52 sqq. | **17** cf. Ou. fast. 5, 87 **19** *Artium* hoc loco artes quasi personae pro Musis (cf. Shanzer 2005, praesertim 90 sqq.) **20** *in ipsa natus sim Phoebi schola* Phaedrus se dicit natum in Pieria, ubi Phoebus, tamquam χοροδιδάσκαλος, Musas docet (cf. Verg. ecl. 6, 66 *Phoebi chorus*) **21** *eraserim* cf. Hor. carm. 3, 24, 51 **23** *coetum* absolute pro 'poetarum coetu', cf. Mart. 3, 20, 8 *schola poetarum*; 4, 61, 3; conuenire solebant poetae in aedes Herculis Musarum, ut uidetur (cf. Coarelli 1997, 452 sqq.) **24–25** cf. adnotata ad 5, 20 **26** *docto labori* cf. Catull. 1, 7 | *dulce … lucrum* cf. Ou. fast. 1, 194 **27** laudatur Verg. Aen. 2, 77

15 et *Pithou* : ut **PR**$^{?v}$ **18** Memosyne **R**^{v} : Nemosyne **PR**$^{?}$ **19** facunda **PR**$^{?v}$, *corr. Pithou* **20** Phoebi *Havet (cf. Housman 1920, 122), recepi coll. Verg. ecl. 6, 66* : pene **Pρ** **22** et laude multa *Gude* : et laude inuita **Pρ** : nec laude inuita *Heinsius in epistula quadam ad Schefferum a. 1662 (cf. Burman 1727a, V, 34 sq.)* : et laude inuicta *Desbillons* : et laude ductus *Tollius (putabat Tollius* inuita *e uaria lectione τοῦ* in … uitam *ortum esse neque ulla uestigia pristini textus seruare)* : et laude inductus *Alton, 327 sq.* : et laudem quaerens *(uel* sectans*) La Penna, 228 (possis etiam de* et laude illectus *uel* et laudem captans *cogitare)* : et haud inuite *Bothe 1803* | uitam in hanc *Prasch, 36* : in hanc uitam **Pρ***; mutato* inuita *(de quo supra) in uocem in 's' exeuntem possis etiam* hanc in uitam *reponere*

Quem si leges, laetabor; sin autem minus,
habebunt certe quo se oblectent posteri.
Nunc, fabularum cur sit inuentum genus,
breui docebo. Seruitus obnoxia,
35 quia quae uolebat non audebat dicere,
affectus proprios in fabellas transtulit
calumniamque fictis elusit logis.
Ego porro illius semita⟨m⟩ feci uiam
et cogitaui plura quam reliquerat,
40 in calamitatem deligens quaedam meam.
Quod si accusator alius Seiano foret,
si testis alius, iudex alius denique,
dignum faterer esse me tantis malis
nec his dolorem delenirem remediis.
45 Suspicione si quis errabit sua
et rapiet ad se quod erit commune omnium,
stulte nudauit animi conscientiam;
huic excusatum me uelim nihilominus:
nec enim notare singulos mens est mihi,
50 uerum ipsam uitam et mores hominum ostendere.

31 *quem si leges, laetabor* cf. Hor. carm. 1, 1, 35 sq. **32** *posteri* cf. Citroni 1995, 256 sq.; 477 **34–37** cf. Arist. rhet. 1415b 22–25; Iulian. c. Heracl. 3, 207c–d **38** de metaphora semitae ac uiae uide, sis, Henderson 2001, 82; Gärtner 2007, 441 sqq.; hunc Phaedri iambum respexit Mart. 7, 61, 4 **41–43** cf. Men. monost. 404; Publil. V 32 (ed. Friedr.) **49–50** cf. Hor. art. 317 sq.; Mart. 10, 33, 9 sq.

37 fictis eluṣ⌊it⌋ **N**, *l. red. ex* **V** : fiet scelus it **PR**$^{?v}$ | logis *Vollmer, 10, et Housman 1919, 69 sq., uterque, ut uidetur, suo Marte* : locis **PR**$^{?v}$: cocis **V** : ocis **V**^{c} *(legi nequit* **N***)* : iocis *Pithou* **38** ego porro illius *Schoppe* : ego illius porro **P** *(*ego illius Põ – *sic* – **R**$^{?}$*)* : illius porro ego **R**^{v} *(sed* ego illius porro **R**^{b}*)* semita **Pρ**, *corr. Guyet, coll. Mart. 7, 61, 4; cf. etiam* **T** *(De statua Aesopi)* multorum semitas amplissimas faceret uias *(ita* **Fr**$^{\chi}$ *et* **Mn**, *quem hoc loco ex* **ι** *interpolatum puto;* multorum semitas amplissimas facere uias *exhibet* **W**, multarum semitarum amplissimas faceret uias **BF Vi***; librorum mss.* **B** *ac* **F** *fons, quem* **σ** *appello, hic, opinor, interpolatus est ex* **ε**, *auo codicis* **Vi***)* **40** deligens **ρ** : diligens **P**, *quod Shackleton Bailey, 452, haud inscite tueri conatus est* **41** si **ρ** : sit **P** **45** suspicione si quis **P** *(ubi* suspit-*)* **ρ** : suspiciones quis **R**$^{?}$ **47** nudauit **PR**$^{?v}$, *def. Önnerfors, 450* : nudabit *Pithou, fortasse recte* **49** nec *scripsi (Zago 2016a, 107)* : neque **Pρ**

Rem me professum dicet forte aliquis grauem.
51a [Phrygem fuisse Aesopum]
52 Si Phrygiae Aesopus potuit, Anacharsis Scythis
aeternam famam condere ingenio suo,
ego litteratae qui sum propior Graeciae
55 cur somno inerti deseram patriae decus,
Threissa cum gens numeret auctores suos
Linoque Apollo sit parens, Musa Orpheo,
qui saxa cantu mouit et domuit feras
Hebrique tenuit impetus dulci mora?
60 Ergo hinc abesto, Liuor, ne frustra gemas,
cum iam mihi sollemnis dabitur gloria.
Induxi te ad legendum? Sincerum mihi
candore noto reddas iudicium peto.

54 de Graecis 'natis in litteris' cf. Cic. de or. 3, 131 (uide etiam Gärtner 2007, 439) **55** cf. Prop. 4, 1, 59 sqq. **56** hic uersus minime repugnat uersui **17**, cf. enim Strab. 9, 2, 25, p. 410, 2 sqq. C. (= III, p. 58 Radt) **57** cf. Verg. ecl. 4, 55–57 **58** cf. Sen. Med. 228 sq. **60** cf. Callim. aet. fr. 1, 17 Hard. (= Mass.; Callim. fr. 1, 17 Pf.); hymn. Ap. 113; uide Nisbet–Hubbard 1978 ad Hor. carm. 2, 20, 4; Gärtner 2007, 437; 447

51 forte aliquis **ρ**, *in textum recepi coll. Lucr. 2, 931; Vitr. 5, 5, 7* : forsan aliquis **PR**^{r} : forsitan aliquis **R**^{g} : fors aliquis *Schoppe* : forsan quis *Heinsius in epistula quadam ad Schefferum a. 1662 (cf. Burman 1727a, V, 35)* **51**^{a} Phrygem *(*Frigem **R**$^{?}$*)* fuisse Aesopum **R**$^{?v}$: Frige fuisse Aesopum **P***; del. Pithou* **52** si Phrygiae *scripsi (cf. Ou. am. 3, 15, 7 sq.)* : si phryx **R**^{v} : si phrix **P** : Phrygibus si *Bentley* | Anacharsis Scythis *Bentley* : Anacharsae Scythae **R**^{v} : Anacharsae Schytae **R**$^{?}$: Anaharsae Scythae **P** : Anacharsis Scytha *Schoppe (*Anacharsis Scythes *Stowasser)* : ⟨si⟩ Anacharsis Scytha *Jo. Fred. Gronovius (cf. editionem Phaedri Gronoviorum a. 1703 impressam, p. 150)* **53** suo **Pρ** : suis *Havet, u.* **52** Phryx *et* Scythes *editis (sed* suis *nimis uagum est et minus apte quam* Phrygiae *et* Scythis *respondet τῷ* patriae *u.* **55** *– ubi uide adnotata – et τῷ* Threissa … gens *u.* **56***)* **54** proprior **PR**$^{?v}$*, corr. Pithou* **55** *audi Bentleium: "nota illud* patriae*, et filum orationis sic euolue; si Aesopus Phrygibus, Scythis Anacharsis uterque patriae suae barbarae famam et decus contulerunt, cur non et ego patriae meae idem facere possim?"* **56** suos **Pρ** : deos *Rittershausen* : duos *Burman 1718* **59** Hebrique **R**^{s}**ρ** : Herebique **P**^{c} *(ex* Herebque*)* **61** quum iam *Hare* : quoniam **Pρ** | dabitur *Scheffer* : debetur **Pρ** *(*debentur **R**$^{?}$*); lectionibus* quoniam *et* debetur *seruatis J. J. Scaliger (cf. Burman 1727), Bongarsius, Guietus* mihi *post* sollemnis *transposuerunt* **62** *signum interrogationis posuit Bentley*

I
[ANVS AD AMPHORAM]

Anus iacere uidit epotam amphoram,
adhuc Falerna faece e testa nobili
odorem quae iucundum late spargeret.
Hunc postquam totis auida traxit naribus:
5 “O suauis anima, quale te dicam bonum
antehac fuisse, tales cum sint reliquiae!”
Hoc quo pertineat dicet qui me nouerit.

P 3, 2, **R** 3, 2, **M** 12 (cf. Zago 2015, 78), **N** 50

1–6 cf. Plaut. Curc. 96 sqq.; uide etiam Plin. nat. 36, 32 *Myronis illius, qui in aere laudatur, anus ebria est Zmyrnae in primis incluta*, de quo loco docte disputauit Moreno 1997 **2–3** cf. Hor. epist. 1, 2, 69 sq.

ANVS AD AMPHORAM **Pρ** : LVXVRIOSOS ETIAM SOLA LVXVRIAE COGITATIONE DELECTARI **N**; *inscriptio deest in* **M** **2** e *Gude (de* e *ante* t- *cf. 3, 19, 7)* : et **Pρ** **MVN**^{id} *(scriptura euanuit in* **N**) **3** spargeret **Pρ** : sparserat **MVN**^{obid} *(*spa{ **N***)* **4** auida **r** : auita **PR**$^{?v}$: auide **MVN**^{d} *(*a{ **N** : auid{ **N**^{o}*)* **5** quale te dicam bonum **MVN**^{obid} *(*qua{....}ḍị{ .}ạ(m) ḅọṇụṃ **N***), in textum recepi, nam, opinor, anus alloquitur uinum, cuius reliquiarum traxit auide odorem, idque blande ‘suauem animam’ appellat, scilicet ut M. Aurelius, Frontoni scribens (Front. epist. ad M. Caes. et inuic. 4, 2, 6, p. 56, 4 van den Hout), inquit* anima suauissima *(cf. etiam Plaut. Curc. 98)* : qualem te dicam bonam **PR**^{r}**ρ** : quale in te dicam bonum *Gude, insolentiore numero (cf. Zago 2016a, 105 sq.); putat Gudius anum alloqui amphoram* **6** reliquiae **P**^{c} *(*requiae **P***)* **ρ** **N**^{id} *(scriptura euanuit in* **N***)* : relique **MV** **7** *hic uersus, quem* **P** *ac* **M** *exhibent praebebatque* **R** *(cf.* **ρ***), deest in* **N** | hoc **ρ** **M** : hunc **P**

II
[PANTHERA ET PASTORES]

Solet a despectis par referri gratia.
Panthera imprudens olim in foueam decidit.
Videre agrestes; alii fustes congerunt,
alii onerant saxis; quidam contra miseriti
5 periturae quippe, quamuis nemo laederet,
misere panem ut sustineret spiritum.
Nox insecuta est; abeunt securi domum,
quasi inuenturi mortuam postridie.
At illa, uires ut refecit languidas,
10 ueloci saltu fouea sese liberat
et in cubile concito properat gradu.
Paucis diebus interpositis prouolat,
pecus trucidat, ipsos pastores necat
et cuncta uastans saeuit irato impetu.
15 Tum sibi timentes qui ferae pepercerant
damnum haud recusant, tantum pro uita rogant.
At illa: “Memini quis me saxo petierit,
quis panem dederit; uos timere absistite;
illis reuertor hostis qui me laeserunt.”

P 3, 3, **R** 3, 3, **N** 49 /// **T** 75 Th (**W Fr**^{ι}; **S F B Mn**; **L**^{ab} **Vi Mk**)

2–16 cf. Cic. Phil. 4, 11–12

PANTHERA ET PASTORES **Pρ** : NON ESSE FACIENDAM ALICVI INIVRIAM **N** **1** *ita* **Pρ**; *hunc uersum, qui deest in* **N**, *non modo* **δ**, *sed etiam* **α** *exhibebat, cf. enim corruptissimum illud* solet aspectus p(er)ferri cuilibet gratiam *quod* **W** *et* **Fr** *ex* **ι** *deprompserunt* **4** quidam **N T** : quidem **PR**^{v} *(sicut* **Mn***)* | miseriti **P**^{c}**ρ** *(*miserati **P**, *ut uidetur)* : miseriam **N** **6** ut sustineret **Pρ**, *cf.* **ι o** miserunt panem ut retineret spiritum *(*s. r. **o***)* : sustinentes **N** **9** ut **Pρ κ** : ui **N** refecit **r N T** : reficit **PR**$^{?v}$ **13** ipsos pastores **Pρ** *nec non et* **o** *(*illos pastores **ι** : pastores **ξ***)* : ipsius pastorem **N** **14** uastans **Pρ**, *cf.* **ι o** uastat, **ξ** deuastando *(*uastando **Mn***)* : uertens **N** | irato **Pρ**, *cf. Sen. Troad. 1159* : irati **N** : irata **κ** *(*iratus **ι**, *ubi* panthera *masculini generis erat)* **16** pro uita rogant **ρ N ξ** *(*uitam rogant **ι o***)* : prumta rogant **P** : prumpta rogant **R**$^{?}$ **17** at **N** : et **Pρ** *cum* **ι** *atque* **η** *(*tunc **ξ L**^{ab}*)* | quis *Quicherat*, **T** : qui **Pρ N** | saxo **Pρ T** : saxis **N** *(et* **F***)* | petierit **N ι** : petierat **PR**$^{?b}$ *(sed* petierant **R**^{v}*)* **18** quis **PR**^{v} **T** : qui **N** **19** laeserunt **N** : laeserant **P** *(ubi* le-*)* **ρR**^{b} : laeserat **R**$^{?}$

III
[AESOPVS ET RVSTICVS]

Vsu peritus hariolo ueracior
uulgo ⟨esse⟩ fertur, causa sed non dicitur,
notescet quae nunc primum fabella mea.
Habenti cuidam pecora pepererunt oues
5 agnos humano capite. Monstro territus
ad consulendos currit maerens hariolos.
Hic pertinere ad domini respondet caput,
et auertendum uictima periculum.
Ille autem affirmat coniugem esse adulteram
10 et insitiuos significari liberos,
sed expiari posse maiore hostia.
Quid multa? Variis dissident sententiis
hominisque curam cura maiore aggrauant.
Aesopus ibi stans, naris emunctae senex,
15 Natura numquam uerba cui potuit dare,

P 3, 4, **R** 3, 4, **N** 13

Cf. Plut. mor. 149c–e; uide Housman 1920a, ad Manil. 4, 102–104 **1–2** cf. Cic. diu. 2, 12–14 **14** cf. Hor. serm. 1, 4, 8

AESOPVS ET RVSTICVS **PΔ** *(hanc fabellam non habet* **ρ**; *Vincentius contulit* **Δ***)* : RATIONE POTIVS QVAM ORACVLIS AGENDVM **N** *(*R⌊ATIONE POTIVS QVAM ORACVLIS RES ESSE AGENDAS⌋ **N**, *l. red. ex indice codicis* **V***)* **1–3** *desunt in* **N** **1** ueracior *Bongars et, suo ipsius Marte, Rigault 1630* : uelocior **PR**?**Δ** **2** uulgo ⟨esse⟩ fertur, causa sed *Pithou* : uulgo causa fertur sed **PR**?**Δ** : uulgo perhibetur, causa sed *Postgate, coll. Cic. diu. 2, 12* **4** pepererunt **PΔ** : peperunt **R**? : pererunt **V** *(legi nequit* **N***)* | oues **PΔ** : aues **V** *(scriptura prorsus euanuit in* **N***)* **5** territus **V** *(legi nequit* **N***)* : perterritus **PR**v **6** consulendos **Δ** : consol- **PR**? : consultandos **N** | hariolos **Δ V** *(ubi* ar-*)* **N**i *(legi nequit* **N***)* : hariolus **PR**? **7** respondet *Rigault* : respondit **PR**?**Δ** : respondent **V** *(*respo{ **N**d : resp{ **N***)* **8** et auertendum **PΔ** : auertendum esse **N** **10** insitiuos significari **PΔ** : illegitimos significat **N** **11** expiari **PΔ** : expiare **N** **11** maiore **N** : maiori **PΔ** **13** aggrauant **P** *(ubi* adg-*)* **Δ** : adgrabant **R**? : augent **N** **14** ibi **Δ N** : sibi **PR**? | naris emunctae senex **PΔ** : narrare incipit **N** **15** natura numquam uerba cui potuit dare **PΔ** *(ubi* nun-*)* : naturam nequaquam uerba cuiquam dare **N** : sciens naturam uerba nequaquam dare *Burman 1727 in praef.*

"Si procurare uis ostentum, rustice,
uxores" inquit "da tuis pastoribus."

IV
[LANIVS ET SIMIVS]

Pendere ad lanium quidam uidit simium
inter reliquas merces atque obsonia;
quaesiuit quidnam saperet. Tum lanius iocans
"Quale" inquit "caput est, talis praestatur sapor."
5 Ridicule magis hoc dictum quam uere aestimo,
quando et formosos saepe inueni pessimos,
et turpi facie multos cognoui optimos.

P 2, 5, **R** 2, 5, **M** 17 (cf. Zago 2015, 83), **N** 51

Tosi 2017, sub lemmate 273

LANIVS ET SIMIVS **P** : SIMII CAPVT **ρ** *(tacet Vincentius, oscitanter)* : ASPECTV HOMINVM SAEPE IVDICIVM FALLI **N**; *inscriptio deest in* **M** **1** simium **Pρ** : simiam **MV** *(*sim{ **N**^{id}; *in* **N** *nunc nihil cernitur)* **2** obsonia **PR**^{r}**ρ** : opsonium **MN**^{id} *(*opsoniụ{ **N** : ops ouium **V** : obsonium **N**^{ob}*)* **4** praestatur **ρ λ** : praestatus **P** *(ubi* pre-*)* **R**$^{?}$ **5** magis hoc dictum **λ** : hoc dictum magis **PR**$^{?v}$ aestimo **P** *(ubi* es-*)* **ρ** : existimo **λ** **6** formosos **ρ N** : formosus **PR**$^{?}$: formos *(sic)* **M** | *Huic fabellae* **M** *continuat 2, 9, 1-4*

V
[AESOPVS ET PETVLANS]

Successus ad perniciem multos deuocat.
Aesopo quidam petulans lapidem impegerat.
"Tanto" inquit "melior!" Assem deinde illi dedit,
sic prosecutus: "Plus non habeo mehercules,
5 sed unde accipere possis monstrabo tibi.
Venit ecce diues et potens; huic similiter
impinge lapidem, et dignum accipies praemium."
Persuasus ille fecit quod monitus fuit,
sed spes fefellit impudentem audaciam;
10 comprensus namque poenas persoluit cruce.

P 2, 6, **R** 2, 6, **N** 52

AESOPVS ET PETVLANS **Pρ** : MALE AGENTES PROCESSV TEMPORIS PVNIRI **N** **1** *deest in* **N** | multos **r** : saepe multos **PR**$^{?v}$: stultos *Bentley* **2** lapidem **Pρ** : lapides **N** **3** tanto **Pρ** : fio **N** **4** mehercules **N** : mehercule **Pρ** **9** impudentem **PR**^{r}**ρ N** : impr- *Scheffer (sed cf. Plaut. Men. 713; Ter. Haut. 313)* **10** persoluit cruce **Pρ** : soluit sceleris **N**, *unde* soluit facinoris *Postgate 1918, 94 sq.*

VI
[MVSCA ET MVLA]

Musca in temone sedit et mulam increpans
"Quam tarda es" inquit "non uis citius progredi?
Vide ne dolone collum compungam tibi."
Respondit illa: "Verbis non moueor tuis,
5 sed istum timeo sella qui prima sedens
iugum flagello temperat lento meum
et ora frenis continet spumantibus.
Quapropter aufer friuolam insolentiam,
namque ubi tricandum et ubi sit currendum scio."

P 3, 7, **R** 3, 7, **N** 53 /// **T** 47 Th (**W**; **Fr**$^{\chi}$ **S F Wi**$^{\sigma}$ **B Mn**; **Vi**; sicut **L**^{ab} ita **E** interpolatus est ex Gualt. Angl. 36)

1–2 *increpans ... tarda* cf. Tibull. 1, 1, 30 **6–7** cf. Hor. carm. 1, 8, 6 sq. **6** *flagello ... lento* cf. Verg. Aen. 7, 731

MVSCA ET MVLA **Pρ** : VANAS MINAS SINE VIRTVTE PARVM MOMENTI HABERE **N** **2** tarda es **Pρ** : tarde **R**^{g}, *unde Gudius* tarde is *eruit (cf.* **κ** quam tarde ambulas, **W** quam tardius ambulans*)* : tardas es **N**, *ut dispicere mihi uideor (sed* tarda es **VN**^{i} : tardas es **N**^{d}*)* | non **r N** : et non **PR**^{gv} **3** dolone *Pithou* : dolose **P** : dolos **R**^{v} : dolose **N** **6** iugum, *quod* **Pρ N** *exhibent, uexauit interpretes, atqui retinendum est, cf. Schwabe 1779–1781, II, 47 sq.: "*iugum meum*, id est me, quae gero iugum, seu me subiugatam,* temperat*, regit, moderatur,* flagello lento*, flexibili ...;* iugum meum temperat *metonymice accipiendum"; uide etiam Postgatium, XIX* | flagello **Pρ** *(cf.* **κ** flagello, **W** flagella*)* : flagellans **N** | lento **Pρ** : collo **N** | meum **P**^{c}**ρ N** : meo **P** **7** ora **N** : lora **Pρ***; utramque lectionem Paraphrasta* **T** *nouisse uidetur, cf. enim* **κ** qui frenis ora temperat et loris iter flectit *(*infl- **Vi**, *incerto an ex* **ε**, *unde* **L**^{ab} **E** *abhorrent)* flagello *(*in nos *add.* **Vi**, *incerto an ex* **ε**, *unde* **L**^{ab} **E** *longe absunt)* excusso, **W** quo *(*qui **W**^{c}*)* ora frenes *(*-is **W**^{c}*)* temperet *(*-rat **W**^{c}*)* et loris intercursum regit · cuius flagella timentur*; procul dubio* **φ** *duplicem lectionem hic praebebat* **9** *sic edidi* : namque ubi tricandum et ubi currendum est scio **R**^{v} *(sed* nam u. t. et u. c. est s. **R**^{b}*)* : nam ubi tricandum et ubi currendum est scio **P** : ubi sit tardandum et ultro currendum scio **N** : namque ubi tricandum et ubi currendum sit scio *Schwabe 1806, inuito metro (cf. Havetum, 189); alii alia improbabiliora, quae sciens praetereo. Perottus, opinor,* ultro *infersit ex 2, 8, 6; sin autem* ultro *putas germanum, reponendum censeo* ubi sit tricandum et ubi currendum ultro scio *(quod ad* ultro *attinet perpende quae Havet 1900, 300, dum pessime conicit* ubi non tricandumst, ultro currendum scio*, haud inscite*

10 Hac derideri fabula merito potest
qui sine uirtute uanas exercet minas.

scripsit: "ultro ... *se trouve être ici plein de justesse.* Non uis citius progredi*? a dit la mouche; et la mule lui répond: ... 'tu me dis de marcher vite, et moi je sais même courir sans qu'on me le dise'"); 'tricari' (immo 'tricare', cf. app. 15, 2) idem est quod Graece* βραδύνειν, *uide CGL II, 259, 53* **10–11** *desunt in* **N**, *sed cf. titulum*

VII
[LVPVS AD CANEM]

Quam dulcis sit libertas breuiter proloquar.
Cani perpasto macie confectus lupus
forte oc⟨cu⟩currit; dein, salutati inuicem
ut restiterunt, "Vnde sic, quaeso, nites?
5 Aut quo cibo fecisti tantum corporis?
Ego, qui sum longe fortior, pereo fame."
Canis simpliciter: "Eadem est condicio tibi,
praestare domino si par officium potes."
"Quod?" inquit ille. "Custos ut sis liminis,
10 a furibus tuearis et noctu domum."
"Ego uero sum paratus: nunc patior niues
imbresque in siluis asperam uitam trahens.
Quanto est facilius mihi sub tecto uiuere
et otiosum largo satiari cibo!"
15 "Veni ergo mecum." Dum procedunt aspicit
lupus a catena collum detritum cani.
"Vnde hoc, amice?" "Nihil est." "Dic, sodes, tamen."
"Quia uideor acer, alligant me interdiu,

P 3, 8, **R** 3, 8, **N** 54 /// **T** 65 Th (**W**; **Ad**$^{\chi}$ **Fr**$^{\chi}$ **S F H**$^{\upsilon}$ **B Mn**; **L**^{ab} **Vi Mk E**)

Cf. Aes. 227 C (294 H; 346 P); Babr. 100; Auian. 37; Tetr. 1, 3 M; cf. etiam Aes. 265 C (194 H; 183 P) **1** cf. Cic. de rep. 1, 55 nec non et leg. agr. 2, 9; cf. etiam Plaut. Capt. 119 sq. **18–19** cf. Cat. agr. 124; Varr. rus. 1, 21; Colum. 7, 12, 12

LVPVS AD CANEM **PR**^{v} : QVAM DVLCIS SIT LIBERTAS **N** **1** *om.* **N** *(sed cf. titulum)* **3** forte occurrit **Pρ N**, *corr. Bentley* : occurrit forte *Guyet, haud male;* occurrit *exhibebat, puto,* **T** *quoque, nam in* **W** *narratio his incipit uerbis,* canis pinguis occurrit lupo | salutati **N** *(cf. Havet 1904, 46)* : salutantes **PR**$^{?v}$ **4** quaeso nites **P**^{c} *(ex* quae nites*)* **ρ** : quaeso{ **N**^{o}, }so nit{ **N**^{i}, *sed* quero uires **V***; in* **N** *quidem post* sic *nunc certa ratione nihil legitur,* **T** *autem* nites *habebat (uide, sis, Zago 2016, 21 sq.), unde manifestum est* nites **α** *prae se tulisse* **7** est condicio **P** *nec non* **ρ** *(ubi* -ditio*)* : }ṇḍịc̣ịọ ẹṣṭ **N** (conditio est **VN**^{d}*)* **9** quod **Pρ** : quale **N** | ut sis **Pρ** : si fueris **N** **10** et **Pρ**, *om.* **N** **16** a **Pρ N***; om.* **T** *et damnauit Tollius (cf. tamen 3 epil. 31)* | cani **N** *nec non* **χ** *(u. l.* canis*)* : canis **Pρ** **17** sodes **N** : quaeso **Pρ**

luce ut quiescam et uigilem nox cum uenerit;
20 crepusculo solutus qua uisum est uagor.
Affertur ultro panis; de mensa sua
dat ossa dominus; frusta iactant familia
et, quod fastidit quisque, pulmentarium.
Sic sine labore uenter impletur meus."
25 "Age, si quo abire est animus, est licentia?"
"Non plane est" inquit. "Fruere quae laudas, canis;
regnare nolo, liber ut non sim mihi."

21–24 cf. Hes. op. 604 sq. **27** cf. Publil. R 9; uide etiam Ael. uar. hist. 2, 20 τὴν βασιλείαν ... ἔνδοξον εἶναι δουλείαν; Volkmann 1967

19 uenerit **Pρ** : uenịṭ **N** *(*uenit **N**^{obid} : uenerit **V**, *Marte suo)* **20** uagor **Pρ** : uageṛ **N** *(*uager **VN**^{obid}*)* **21–24** *post u.* **5** *reiecit Philippe apud Broterium, post u.* **10** *Havetus, duce usus Paraphrasta* **T***; atqui uersuum ordo quem* **Pρ N** *exhibent minime turbandus est, ut monuit Thiele, 358 adn. 1* **22** frusta **Pρ**, *itidem ut* **N**^{id} : frustra **V***; nunc in* **N** *uestigia litterarum inter* fr *atque* a *difficillima lectu sunt, sed* frusta *probabilius uidetur quam* frustra | iactant **VN**^{id} *(*}ạc̣ṭạṇṭ **N***), cf.* proiciunt, *quod* **T** *praebebat* : iactat **Pρ** | familia **Pρ T** : famuli **VN**^{obid} *(*f̣ạṃụḷị **N***); ad locutionem* iactant familia *cf. 3, 10, 24* **25** abire est *Bongarsius et, suo ipsius ingenio, Faber (uide Zago 2016a, 107 adn. 1)* : est abire **PR**^{rv} : abire **N** **25** animus **PR**^{rv} : uis **VN**^{obid} *(*ụ{ **N***), unde Iannelli sic uersum refinxit,* age si quo abire ⟨tu⟩ uis est licentia? **26** quae **Pρ** : his quae **N** **27** liber ut non sim mihi **Pρ** *(cf.* **T**, *qui procul dubio* liber *ac* mihi *exhibebat)* : nisi libertatem habeam **VN**^{obi} *(*}ḷịḅẹrtatem habeam **N***)*

VIII
[SOROR AD FRATREM]

Praecepto monitus saepe te considera.
Habebat quidam filiam turpissimam
idemque insignem [et] pulchra facie filium.
Hi speculum, in cathedra matris ut positum fuit,
5 pueriliter ludentes forte inspexerunt.
Hic se formosum iactat; illa irascitur
nec gloriantis sustinet fratris iocos,
accipiens – quid enim? – cuncta in contumeliam.
Ergo ad patrem decurrit laesura inuicem
10 magnaque inuidia criminatur filium,
uir natus quod rem feminarum tetigerit.
Amplexus ille utrumque et carpens oscula
dulcemque in ambos caritatem partiens,
“Cottidie” inquit “speculo uos uti uolo,
15 tu formam ne corrumpas nequitiae malis,
tu faciem ut istam moribus ueles bonis.”

P 2, 9, **R** 2, 9, **N** 28; primum tantum uersum exhibet **M** f. 121u, ubi, nullo spatio interiecto, hic iambus excipit 5, 23, 4 (cf. Zago 2015, 82)

Cf. Sen. nat. 1, 17, 4; Plut. mor. 141d; Apul. apol. 15; Galen. protr. 18; Diog. Laert. 2, 33; Stob. 3, 1, 172 (p. 121, 7 sqq. Hense)

SOROR AD FRATREM **PR**[v] : DE SPECVLO AB ADOLESCENTIBVS ASPICIENDO **N** *(*D. S. A. A. S⌊AEPE⌋NVMERO A. **N** *in indice, l. red. ex indice codicis* **V***)* **1** *om.* **N** **3** *del. Hare, coll. Verg. Aen. 9, 336; 583* : insignem et **N** : insigni et **Pρ** **4** hi speculum *Salmasius* : his speculum **PR**[r]**ρ** : speculum **N** | ut positum **N** : suppositum **Pρ** *(*sub- **R**[gr]*)* **7** sustinet fratris **Pρ** : fratris sustinet **N** **9** inuicem **Pρ** : iuuenem **N** **10** filium **Pρ N**, *suspectum* : trossulum *Havet* **11** *om.* **N** **12** amplexus ille **PR**[v] : ille amplexus **N** **14** cotidie **PR**[v] : continue **N** speculo **Pρ** : speculis **N** **15** tu **Pρ N** : te *Bentley* | nequitiae **Pρ** : nequitia **N** **16** tu **Pρ N** : te *Bentley* | ueles *scripsi, coll. Diog. Laert. 2, 33 (*ἐπικαλύπτοιεν*), Apul. apol. 15 (*tegeret*)* : uincas **Pρ N** : penses *Bentley, coll. Ou. her. 15, 31 sq.* : pingas *Triller, 278 sqq.* : fuces *Rank 1910, 274*

IX
[SOCRATES AD AMICOS]

Vulgare amici nomen sed rara est fides.
Cum paruas aedes sibi fundaret Socrates
(cuius non fugio mortem si famam assequar,
et cedo inuidiae dummodo absoluar cinis),
5 e populo sic nescioquis, ut fieri solet:
“Quaeso, tam angustam talis uir ponis domum?”
“Vtinam” inquit “ueris hanc amicis impleam!”

P 3, 10, **R** 3, 10, **M** 21 (carmen altera manus exarauit, cf. Zago 2015, 89 sq.); uide etiam **N** 33, ubi uu. **1**; **3–4** desunt et uu. **2**; **5–7** in elegos refícti sunt (*Socrates exiguas aedes dum forte pararet / e turba quidam talia uerba refert: / “Quidnam tam paruas uir tantus construis aedes?” / “Impleat has utinam uerus amicus” ait.*)

1 cf. Publil. A 42 (41) **2** *paruas aedes* cf. Xen. oec. 2, 3; Ael. uar. hist. 4, 11 **3** cf. Diog. Laert. 2, 76 (Aristipp. fr. 102 Mann.; uide Giannantoni, Socr. et Socratic. rel. IV A 13) **7** cf. Ath. 12, 533e (Clearch. fr. 17 Wehrli); [Sen.] mor. 135 (Publil. ed. Friedr. p. 90)

SOCRATES AD AMICOS **P** : SOCRATIS DICTVM **ρ** *(tacet Vincentius, oscitanter)* : QVANTA SIT VERORVM AMICORVM PENVRIA **N***; inscriptio deest in* **M** **1** *deest in* **M** *ac* **N***; uersum exhibet* **P** *et habebat* **R** *(cf.* **ρ***)* **2** fundaret **M** *(cf.* **N** pararet*)* : fundasset **Pρ** *(*fundaret *in textum recepi coll. u.* **6** ponis*)* **3–4** *om.* **N**, *habent* **P** *et* **M**, *exhibebat* **R** *(cf.* **ρ***)* **5** nescioquis **Pρ** : quidam ait **M** *(cf.* **N** quidam talia uerba refert*)* **6** quaeso **Pρ** : quid quaeso **M** | angustam talis uir **Pρ** : angustam uir **M** : *an* angustam tantus uir*? (cf.* **N** paruas uir tantus*)*

X

[POETA DE CREDERE ET NON CREDERE]

Periculosum est credere et non credere.
Vtriusque exemplum breuiter exponam rei.
Hippolytus obiit, quia nouercae creditum est;
Cassandrae quia non creditum, ruit Ilium.
5 Ergo exploranda est ueritas multum, prius
quam stulta praue iudicet sententia.
Sed, fabulosam ne uetustatem eleues,
narrabo tibi memoria quod factum est mea.
Maritus quidam cum diligeret coniugem
10 togamque puram iam pararet filio,
seductus in secretum a liberto est suo,
sperante heredem suffici se proximum.
Qui cum de puero multa mentitus foret
et plura de flagitiis castae mulieris,
15 adiecit id quod sentiebat maxime

P 3, 11, **R** 3, 11, **N** 6; uu. 1–16 (quos altera manus exarauit) = **M** 22 (cf. Zago 2015, 90 sq.)

1 cf. Hes. op. 372 (u. fortasse spurium); Sen. epist. 3, 4; [Sen.] mor. 77 (Publil. ed. Friedr. p. 89); [Publil.] sent. 381 (ed. Friedr. p. 107); Plut. Camill. 6, 6; uide Tosi 2017, sub lemmate 347 **4** cf. Verg. Aen. 2, 290; 363 **8** cf. Petron. 110, 8 **9–33** cf. [Plut.] fluu. 20, 1; 22, 1; Lucian. meretr. 12, 3–4; uide Rohde 1914, 595; Thiele 1908, 368 sq.; Henderson 2001, 44 sqq. **12** cf. Oberg 1996, 159

POETA DE CREDERE ET NON CREDERE **PR**^{v} : DE FIDE NON ADHIBENDA TEMERE ET ADHIBENDA OPPORTVNE **N**; *titulus deest in* **M** **3** obiit **λ** : obit **PR**$^{?v}$ **5** multum **Pρ** : semper **λ** | *post* multum *subdistinxit Schefferus, optime* **6** stulta **Pρ M** : stulte **N** | praue **Pρ** : praua **λ** | iudicet **Pρ N** : iudices **M** **7** fabulosam **λ** : fabulosa **P** *(ex* -lusa*)* **ρ** | uetustatem eleues **M** *(cf. Zago 2015, 91)* : uetustatem asseras **N** : uetustate eleuem **r** : uetustatem leuem **PR**$^{?v}$ **8** memoria quod factum est mea **Pρ** : quod memoria factum est mea **N** : quod Augusti aetate actum est **M** *(cf. Zago 2015, 91)* **9** maritus quidam **Pρ** : maritus castam **λ** **10** puram iam pararet **PR**^{r}**ρ** : puram compararet **λ** **11** a liberto est suo **N** : a liberto suo est **M** : a liberto suo **PR**^{r}**ρ** **12** suffici se **r** *(nec non* **R**^{s}*)* : sufficisse **PR**$^{?rv}$: fieri se **M** *nec non* **N**, *ubi scriptura paene euanuit sed legi potest* **13** qui **PR**^{r}**ρ M** : hic **N** | cum **ρ λ** : dum **PR**^{r}

doliturum amanti, uentitare adulterum
stuproque turpi pollui famam domus.
Incensus ille falso uxoris crimine
simulauit iter ad uillam clamque in oppido
20 subsedit; deinde noctu subito ianuam
intrauit, recta cubiculum uxoris petens,
in quo dormire mater natum iusserat,
aetatem adultam seruans diligentius.
Dum quaerunt lumen, dum concursant familia,
25 irae furentis impetum non sustinens
ad lectum uadit, temptat in tenebris caput;
ut sentit tonsum, gladio pectus trans[f]igit,
nihil respiciens dum dolorem uindicet.
Lucerna allata, simul aspexit filium
30 sanctamque uxorem dormientem cubiculo,
sopita primo quae nil somno senserat,
repraesentauit in se poenam facinoris
et ferro incubuit quod credulitas strinxerat.
Accusatores postularunt mulierem
35 Romamque pertraxerunt ad centumuiros.
Maligna insontem deprimit suspicio,
cum bona possideat. Stant patroni fortiter

17 cf. Hor. carm. 4, 5, 21 **24–33** cf. Sen. de ira 1, 1, 1 | **24–29** cf. Ou. fast. 2, 331–356 **32–33** cf. Val. Max. 6, 5, ext. 4

16 amanti **Pρ** : amantem λ | *in uoce* adulterum, *qua clauditur pagina, desinit* **M** **20** subsedit deinde **Pρ** : suo sedit dehinc **N** | ianuam **Pρ** : ianụạ **N** *(*ianua **VN**^{d} : ianuam **N**^{oi}*)* **21** uxoris **Pρ** : infoelix **N** **22** mater natum **Pρ** : natum mater **N** **23** diligentius **Pρ** : diligentia **N** **24** concursant **PR**$^{?v}$: concursat **r N** **26** uadit **N** : accedit **Pρ** **27** sentit **Pρ** : sensit **N** | transfigit **PR**$^{?v}$ **VN**^{i} *(*transfig{ **N***), corr. Rittershausen* **28** respiciens dum **r N** : in respiciendum **PR**$^{?v}$ **31** nil **ρ N** : nihil **PR**$^{?}$ **34** postularunt **ρ N**^{id} : postolarunt **P** : postolorunt **R**$^{?}$: popularium **V** *(*po{ **N***)* **36** maligna insontem **Pρ** : magna insolentem **VN**^{id} *(*magna in{ **N** : magna insontem **N**^{b} : magna{ **N**^{o}*)* **37** cum *(causali ui praeditum) scripsi* : quod **Pρ N** : quae *Heinsius apud Burmannum; traditum* quod *uix sanum mihi uidetur, nam eo recepto aliam interpretationem uersuum* **36–37** *comminisci nequeo nisi 'maligna suspicio quod bona possideat insontem deprimit', quasi obtrectatores, perabsurde et contra mentem poetae, suspicarentur mulierem non quidem necasse maritum*

causam tuentes innocentis feminae.
A diuo Augusto tunc petiere iudices
40 ut adiuuaret iuris iurandi fidem,
quod ipsos error implicuisset criminis.
Qui postquam tenebras dispulit calumniae
certumque fontem ueritatis repperit,
"Luat" inquit "poenas causa libertus mali,
45 namque orbam nato simul et priuatam uiro
miserandam potius quam damnandam existimo.
Quod si delata perscrutatus crimina
pater familias esset, si mendacium
subtiliter limasset, a radicibus
50 non euertisset scelere funesto domum."
Nil spernat auris, nec tamen credat statim,
quandoquidem et illi peccant quos minime putes,
et qui non peccant impugnantur fraudibus.
Hoc admonere simplices etiam potest,
55 opinione alterius ne quid ponderent.
Ambitio namque dissidens mortalium
aut gratiae subscribit aut odio suo.

50 cf. Sen. Phaedr. 1275

filiumque spe hereditatis capessendae inductam, sed bona possidere; cf. enim Seru. ad Verg. buc. 10, 1 Gallus ... primo in amicitiis Augusti Caesaris fuit; postea, cum uenisset in suspicionem quod contra eum coniuraret, occisus est*; ad Aen. 11, 762; uide etiam [Quint.] decl. mai. 9, 2* | possideat **Pρ** : possidet **N***; aliquando cogitaueram de* possedit *(= 'potita est'), seruato* quod **39** a diuo Augusto tunc petiere iudices *in* **P** *scribitur litteris quadratis isdemque rubricatis tituli instar; eodem modo scribebatur in* **R** *(cf.* **R**^{gv}*)* : pontificem maximum rogarunt iudices **N** | petierunt *Müller* **41** quod **Pρ** : quando **N** **42–43** tenebras ... certumque *deest in* **N** **42** dispulit **ρ** : distulit **PR**$^{?}$ **44** causa libertus mali **Pρ** : pessimus libertus **N** **45** et **Pρ** : ac **N** **47** delata perscrutatus crimina *Hoadly apud Johnson* : damnanda perscrutatus crimina **Pρ** : delatum bene scrutatus crimen **N** **51** nil **N** : nihil **PR**^{v} credat **Pρ N** : credas *Müller, haud male* **52** putes **Pρ** : putas **N** **54–60** *desunt in* **N** **55** ne quid ponderent **r** : ne quis ponderet *(uel* ne qui sponderet*)* **PR**$^{?v}$

Erit ille notus quem per te cognoueris.
Haec exsecutus sum propterea pluribus,
60 breuitate nimia quoniam quosdam offendimus.

58 *quod ad metrum attinet uide, sis, adnotata ad app. 8, 8* | quem per te **Pρ** : per te quem *Nauck, 678 sq., fortasse recte (cf. Zago 2016a, 105 sq. adn. 6)*

XI
[EVNVCHVS AD IMPROBVM]

Eunuchus litigabat cum quodam improbo,
qui super obscena dicta et petulans iurgium
damnum insectatus est amissi corporis.
"En" ait "hoc unum est cur laborem ualidius,
5 integritati testes quia desunt meae.
Sed quid Fortunae, stulte, delictum arguis?
Id demum est homini turpe quod meruit pati."

P 3, 12, **R** 3, 12, **N** 14

3 huc spectauit, opinor, Mart. 9, 5 (6), 5 **6–7** cf. Plut. mor. 35e

EVNVCHVS AD IMPROBVM **PR**^{v} *(haec fabella deest in* **ρ**; *Vincent contulit* **Δ**) : HAVD INSECTANDVM ESSE FORTVNAE VITIVM **N** **2** qui **N** : cui **PR**$^{?v}$ **3** amissi corporis **PΔ V** *(*amis{ **N**^{d} : ami{ **N**^{i} : a{ **N**) : amissi roboris *Prasch, 42 sq.* : accisi corporis *Scheffer ("*corpus accisum *ut apud Liuium* accisae res, accisae copiae*"); possis etiam* abscisi corporis, *coll. Sen. clem. 1, 2, 2* clementiam ... abscisam *(ubi, nisi fallor,* abscisam *idem est quod 'imminutam'); atqui* amissi corporis *seruandum (cf. Hor. serm. 1, 2, 43* dedit hic pro corpore nummos, *ubi uide Ps.-Acr.* DEDIT HIC PRO CORPORE NVMMOS: non ne stupraretur, sed melius ne castraretur. PRO CORPORE autem: pro obscena parte corporis*)* **5** integritati ... ⌊meae⌋ **N**, *l. red. ex* **VN**^{i} : integritatis ... mihi **PΔ** **6** delictum **VN**^{i} *(*delict{ **N**^{d} : de{ **N**) : delectum **P**^{c}**R**$^{?v}$: delectam **P**

XII
[PVLLVS AD MARGARITAM]

In sterquilino pullus gallinaceus
dum quaerit escam margaritam repperit.
“Iaces indigno quanta res” inquit “loco!
Hoc si quis pretii cupidus uidisset tui,
5 olim redisses ad splendorem maximum.
Ego quod te inueni, potior cui multo est cibus,
nec tibi prodesse nec mihi quicquam potest.”
Hoc illis narro qui me non intellegunt.

P 3, 13, **R** 3, 13, **N** 29 /// **T** 1 Th (**W**; **Ad**$^{\chi}$ **Fr**$^{\chi}$ **S F Wi**$^{\tau\sigma}$ **B Mn**; **L**^{ab} **Vi Mk Wi**$^{\tau\sigma}$ **E**)

Cf. euang. Matt. 7, 6

PVLLVS AD MARGARITAM **PR**^{v} : CONTRA EOS QVI RES OPTIMAS NON GVSTANT **N** *(*C. E. Q. R. O. NON INTELLIGENTES CONTEMNVNT **N** *in indice)* **1** *incertum utrum* sterquilino *an* sterculino *edendum (cf. Walde-Hofmann, Lat. etym. Wörterb., s. u.* stercus*)* : sterquilinio **P T** *(*sterquillinio **N***)* : stercuilinio **R**^{v} **4** hoc **PR**^{gv} **N** : te **T** | tui **Pρ**, *om.* **N** **5** maximum **Pρ** *(cf. Önnerfors, 452)* : pristinum **N T** **6** quod **N** : qui **Pρ** | potior cui multo **Pρ** : cui potior **N** **7** potest **N** : potes **Pρ** **8** *om.* **N** *(sed cf. titulum quem* **N** *exhibet in indice fabellarum)* | hoc **Pρ** : haec **T** | narro **P**^{c}**ρ** : narra **P**

XIII
[APES ET FVCI VESPA IVDICE]

Apes in alta fecerant quercu fauos.
Hos fuci inertes esse dicebant suos.
Lis ad forum deducta est, uespa iudice.
Quae, genus utrumque nosset cum pulcherrime,
5 legem duabus hanc proposuit partibus:
“Non inconueniens corpus et par est color,
in dubium plane res ut merito uenerit.
Sed, ne religio peccet imprudens mea,
aluos accipite et ceris opus infundite,
10 ut ex sapore mellis et forma faui,
de quis nunc agitur, auctor horum appareat.”
Fuci recusant, apibus condicio placet.
Tunc illa talem protulit sententiam:
“Apertum est quis non possit et quis fecerit.
15 Quapropter apibus fructum restituo suum.”

P 3, 14, **R** 3, 14; haec fabula bis scripta est in **N**: ff. 25u–26r (**N** 15, hic **N**) et f. 34r (**N** 24, hic **n**); altero loco serior manus eam deleuit transuersis lineolis. Priore tantum loco fabula exhibetur in **V**, qui tamen titulum quo Perottus in indice designauit alteram transcriptionem huius narratiunculae descriptum in suo ipsius indice praebet

2 *inertes* cf. Hes. th. 594–602; op. 304–306; Arist. hist. an. 553b 10–12; 624b 26–27; Varr. rus. 3, 16, 8; Verg. georg. 4, 168; Aen. 1, 435; Colum. 9, 15, 1 sq.; Plin. nat. 17, 255 (uide etiam Davies–Kathirithamby 1986, 5; 52; 62; Mynors 1990 ad georg. 4, 244) **3** *lis* cf. Colum. 9, 15, 4 *rixam fucorum et apium saepius committi*; Ael. nat. an. 1, 8 (9) **15** *restituo* uide Oberg 1996, 153 sq.

APES ET FVCI VESPA IVDICE **Pρ** : VBI DVBIA EST SENTENTIA ASTV VTENDVM ESSE **N** : PVLCHER MODVS IVDICANDI **n** *(*DE IVDICIO FERENDO IN REBVS DVBIIS PVLCHERRIMA FABELLA **n** *in indice)* **1** alta **ρ N** *(legi nequit* **n***)* : alia **PR**$^{?}$ fecerant quercu **N** *(legi nequit* **n***)* : quercu fecerunt **PR**$^{?v}$ **3** lis ad forum deducta est uespa **Pρ VN**^{id} *(*lis ad fo{ **N***)* : lis deducta ad forum est uespa **n**^{obid} *(*}ad forum est uespa **n***)* **4** cum **Pρ** : quam **n V** *(legi nequit* **N***), qua lectione recepta duriuscula sententia efficeretur* **9** aluos **PR**$^{?v}$: a⌊lu⌋eos **N**, *l. red. ex* **VN**^{id} : ⌊alu⌋ẹọṣ **n**, *l. red. ex* **n**^{i} **11** quis **Nn** : quibus **PR**$^{?v}$ **13** protulit **n** : pertulit **N** : sustulit **PR**^{r}**ρ** **14** et **Nn** : aut **Pρ** **15–17** *om.* **n**

Hanc praeterissem fabulam silentio,
si pactam fuci non recusassent fidem.

16–17 Phaedrus, qui apis Matinae more modoque carpentis thyma per laborem plurimum operosa carmina fingere solet, plagiarium insectatur suum, qui tertii poetae arbitratum prius admiserit, postea damnatus repudiauerit (cf. Havet 1895, 266). Fuci enim, inquit Varro (rus. 3, 16, 19), a nonnullis fures uocantur quia mella furtim deuorent, cf. etiam Ael. nat. an. 1, 8 (9); attamen Aristoteles, hist. an. 553b 7 sqq. et 624b 20 sqq., putabat fucos a furibus distinguendos esse (cf. etiam Plin. nat. 11, 57). De furibus poeticis cf. Mart. 1, 29, ubi uide Citroni 1975

16–17 *om.* **N** **16** praeterissem **P** : -iissem **ρ**

XIV
[DE LVSV ET SEVERITATE]

Puerorum in turba quidam ludentem Atticus
Aesopum nucibus cum uidisset, restitit
et quasi delirum risit. Quod sensit simul
derisor potius quam deridendus senex,
5 arcum retensum posuit in media uia:
"Heus" inquit "sapiens, expedi quid fecerim."
Concurrit populus. Ille se torquet diu
nec quaestionis positae causam intellegit;
nouissime succumbit. Tum uictor σοφός:
10 "Cito rumpes arcum, semper si tensum habueris;
at si laxaris, cum uoles erit utilis.
Sic lusus animo debent aliquando dari,
ad cogitandum melior ut redeat sibi."

P 3, 15, **R** 3, 15, **M** 9 (cf. Zago 2015, 76), **N** 20

Cf. Suet. Aug. 83; uide Tosi 2017, sub lemmate 2280

DE LVSV ET SEVERITATE **PR**[v] : RELAXANDVM INTERDVM ESSE IOCIS AC LVDIS ANIMVM **N** **4** derisor potius quam deridendus senex **Pρ** : derisorem potius quam se ridendum sciens **M** : ut derisorem potius ridendum *(ex* deridendum*)* ostenderet **N** **8** positae **Pρ N**[obi] *(*po{ **N***; uersum om.* **V***)* : positam **M** **9** tum uictor sophus *F. Pithou apud Rigaltium* : tum uictor Aesopus **P M** *sicut* **R** *(cf. enim* **ρ** tum uictor*;* **R**[gv] Aesopus*)* : tum ụẹ{..}Ẹṣ{...}ṣ **N** *(*tum uero esopus **VN**[d] : tum uero Aesopus **N**[obi]*)* : tum uictor senex *Iannelli* **11** laxaris **Pρ** : laxaueris **λ** **12** debent **Pρ** *(cf. Havetum)* : debet **λ** **13** melior ut redeat sibi **ρ M** *(cf. Zago 2015, 76)* : melior ut redeat tibi **P** : ut sic melior red{ **N** *(*ut sic melior redeat – *omisso pronomine* – **N**[obid] *itidem ut* **V***, ubi tamen* molliter*, non* melior*)*

XV
[CANIS AD AGNVM]

Inter capellas agno balanti canis
"Stulte" inquit "erras; non est hic mater tua,"
ouesque segregatas ostendit procul.
"Non illam quaero quae cum libitum est concipit,
5 dein portat onus ignotum certis mensibus,
nouissime prolapsam effundit sarcinam;
uerum illam quae me nutrit admoto ubere
fraudatque natos lacte ne desit mihi."
"Tamen illa est potior quae te peperit." "Non ita est.
10 Numne illa sciuit niger an albus nascerer?
Age porro, parere si uoluisset feminam,
quid profecisset, cum crearer masculus?"
"Beneficium sane magnum natali dedit!"

P 3, 16, **R** 3, 16, **N** 35 /// **T** 32 Th (**Fr**$^{\chi}$ **S F Wi**$^{\tau\sigma}$ **B Mn**; **L**^{ab} **Vi Wi**$^{\tau\sigma}$ **E**)

Cf. Sen. ben. 3, 29–31 **1–4** *balanti … quaero* cf. Verg. Aen. 9, 565 **10** cf. Tosi 2017, sub lemmate 1651

CANIS AD AGNVM **P** *(littera* G *alio atramento scripta)* **R**^{v} : OBSTARE SAEPE HOMINES NATVRALIBVS LEGIBVS, MERITIS CAPI **N** **1** balanti **N** *sicut* **PR**$^{?v}$ *(sed in* **PR**$^{?v}$ *uox per duas 'l' litteras scripta est);* balanti *exhibebat, opinor, etiam* **κ**, *cf. enim* **Fr**$^{\chi}$ *(*canis ad agnum balatu nutricem quaerentem … fertur dixisse*)* : palanti *Salmasius; ad hanc coniecturam fulciendam afferri potest* **ε** inter capellas agno uaganti canis dixisse fertur *(eadem uerba praebebat* **ξ**, *ex* **ε**, *puto, interpolatus); sed traditam lectionem tuetur Verg. Aen. 9, 565* **2** hic **N ξ** : haec **Pρ Fr**$^{\chi}$ *(ubi* hec*)* **5** dein **N** : deinde **PR**^{v} | portat **Pρ** *(cf.* **κ** portauit*)* : fert **N** **6** effundit **Pρ N** *(cf.* **χ** effudit*)* : [ef]fundit *fortasse reponendum, cf. Zago 2016a, 110–112* **7** admoto **Pρ** : admodum **N** **9** illa est **Pρ χ** : illa **N** quae te **P** *(ubi* que*)* **ρ κ** : q(uam) **N** *(ita notam intellexi, sed fortasse Perottus* quae *per insolitum compendium scribere uoluit)* **10** numne *scripsi (de* numne *uide Lease; adde epigr. Bobiens. 54, 5 et 11, 1, ubi Timpanaro rectissime coniecit* num⟨ne⟩*)* : unde **Pρ N** : anne *Philippe apud Broterium* : idne *Havet 1900, 302* | nascerer **Pρ** : nasceretur **VN**^{id} *(*nasc{ **N***)* **11–12** parere … pro- *deest in* **P** *deeratque in* **R**, *ut patet ex* **ρ** *ac* **R**^{v} **12** profecisset **N** : fecisset **P** : fuisset **R**^{v} **13–14** *post u. 9 traiecit Havetus* **13** *duce Scheffero hunc uersum cani tribui* | sane magnum natali **N** : magnum sane natale **PR**^{v}

"Vt exspectarem lanium in horas singulas!
15 Cuius potestas nulla in gignendo fuit,
cur hac sit potior, quae iacentis miserita est
dulcemque sponte praestat beneuolentiam?
Facit parentes bonitas, non necessitas."
[His demonstrare uoluit auctor uersibus
20 obsistere homines legibus, meritis capi.]

15 cf. [Diog. Cyn.] epist. 21 = Giannantoni, Socr. et Socratic. rel. v B 551 (uide Thiele 1906, 571 sq.) **18** cf. Men. monost. 647; Aes. prou. 19 Perry

14 expectarem **N** : spectarem **PR**v **16** quae **Pρ** : q(uam) **N** *(de compendio cf. ad u.* **9***)* **18** parentes **Pρ χ** : parentem **N** | necessitas **Pρ N** : natiuitas **χ** **19–20** *om.* **N** *(sed cf. titulum), deleuit Schirach, 248 (uide, sis, Gnilka, 20–24)*

XVI
[CICADA ET NOCTVA]

Humanitati qui se non accommodat
plerumque poenas oppetit superbiae.
Cicada acerbum noctuae conuicium
faciebat, solitae uictum in tenebris quaerere
5 cauoque ramo capere somnum interdiu.
Rogata est ut taceret. Multo ualidius
clamare occepit. Rursus admota prece
accensa magis est. Noctua, ut uidit sibi
nullum esse auxilium et uerba contemni sua,
10 hac est aggressa garrulam fallacia:
"Dormire quia me non sinunt cantus tui,
sonari cithara quos putes Apollinis,
potare est animus nectar quod Pallas mihi

P 3, 17, **R** 3, 17, **N** 36

2 cf. Hor. carm. 4, 10, 2, ubi cum Withof *poena* pro tradito *pluma* reposuerim **3** *acerbum … conuicium* cf. Verg. ecl. 2, 12 sq.; georg. 3, 328 (uide etiam Davies–Kathirithamby 1986, 117) **11–12** cf. Long. Daphn. et Chl. 1, 25, 3; his Phaedri uersibus ἀντίθετον epigr. 196 libri VII anth. Pal. (Meleagri) **12** cf. anth. Pal. 7, 213, 3 sq. (Archiae)

CICADA ET NOCTVA **Pρ** : NON ESSE SPONTE ALICVI FACIENDAM INIVRIAM · NAM QVI HVMANITATI SE NON ACCOMMODANT PLERVMQVE POENAS DANT SV⌊PERBIAE⌋ **N**, *l. red. ex* **V** *(ita fabella inscribitur etiam in indice codicis* **N**, *ubi tamen non* HVMANITATI SE *sed* SESE HVMANITATI*)* **1–2** *om.* **N**, *sed cf. inscriptionem* **1–2** accommodat … oppetit **Pρ** : accommodant … oppetunt **λ** *opinor praebuisse* **4** faciebat **Pρ** : agebat **N** **7** occepit **N** : coepit **Pρ** **9** sua **Pρ** : data **N** **11** quia me **Pρ** : quoniam **N** **12** *deest in* **N** | sonari *(ceteris seruatis) Heinsius in epistula quadam ad Schefferum a. 1662 (cf. Burman 1727a, V, 40)* : sonare **Pρ** : sonos e *(ceteris seruatis) Havet* | cithara **Pρ** : citharam *(ceteris seruatis) Guyet; atqui loco de quo agimus duplex accusatiuus parum placet, namque orationem, ut Burmannus 1727 notauit, ambiguam facit, cum in obscuro maneat utrum 'Apollinis cithara sonet cantus' (cf. Hor. carm. 3, 1, 20) an 'cantus sonent Apollinis citharam' (cf. Verg. Aen. 1, 328)* | putes *non ad cicadam refertur, sed indefinite ac generatim ponitur* | Apollinis **P**[c] *(ex* Apollonis*)* **ρ** : Apollinem *(ceteris seruatis) Guyet* **13** potare est **Pρ** : potare si **N**, *nisi fallor (*potare *ex* potar&, *ut uidetur)*

nuper donauit; si non fastidis, ueni;
15 una bibamus.” Illa, quae arebat siti,
simul cognouit uocem laudari suam,
cupide aduolauit. Noctua, obsesso cauo,
trepidantem consectata est et leto dedit.
Sic, uiua quod negarat, tribuit mortua.

15 τῷ *arebat siti* ἀντίθετον quod apud Platonem, Phaedr. 259c, legitur, τὸ τεττίγων γένος … φύεται, γέρας τοῦτο παρὰ Μουσῶν λαβόν, μηδὲν τροφῆς δεῖσθαι γενόμενον, ἀλλ’ ἄσιτόν τε καὶ ἄποτον εὐθὺς ᾄδειν, ἕως ἂν τελευτήσῃ

15 arebat **N** : ardebat **Pρ** **16** cognouit **Pρ** : gaudebat **N** **17** obsesso cauo **V** (ọḅṣẹṣṣọ{ **N** : egressa e cauo **N**[i], *errore, ut uidetur)* : egressa cauo **PR**[v], *re non intellecta (uide Thiele 1911, 637)* : egressa e cauo *Pithou* **18** trepidantem **Pρ** **N** *(cf. 5, 6, 3)* : crepitantem *uel* strepitantem *Heinsius in epistula quadam ad Graevium a. 1675 (uide Burman 1727a, IV, 365)*

XVII
[ARBORES IN DEORVM TVTELA]

Olim quas uellent esse in tutela sua
diui legerunt arbores. Quercus Ioui
et myrtos Veneri placuit, Phoebo laurea,
pinus Cybebae, populus celsa Herculi.
5 Minerua admirans, quare steriles sumerent
interrogauit. Causam dixit Iuppiter:
“Honorem fructu ne uideamur uendere.”
“At mehercules narrabit quod quis uoluerit,
oliua nobis propter fructum est gratior.”
10 Tum sic, deorum, genitor, atque hominum sator:
“O nata, merito sapiens dicere omnibus!
Nisi utile est quod facimus, stulta est gloria.”
[Nihil agere quod non prosit fabella admonet.]

P 3, 18, **R** 3, 18, **M** 8 (cf. Zago 2015, 74 sq.), **N** 8

2–4, 9 cf. Murr 1890, passim **10** cf. Verg. Aen. 1, 254; 11, 725 (uide Housman 1906, 258)

ARBORES IN DEORVM TVTELA **Pρ** : NIHIL AGENDVM ESSE QVOD NON PROSIT **N** (NIHIL ẠG̣⌊ENDVM ESSE QVOD NON VTILE⌋ AC COMMOD⌊VM SIT⌋ **N** *in indice, l. red. ex indice codicis* **V**); *titulus deest in* **M** **3** myrtos **PR**?v : myrtus **N** : mirtus **M** | phoebo **N** : phebo **M** : poebo **PR**v | laurea **Pρ** : laurus **λ** **4** cybebae populus **R**, *ubi, teste Vincentio, supra* populus *exstabat* Neptuno, *prius additum postea deletum* : cibebe neptuno populus **P** : neptunno populus **λ** **5** steriles **Pρ** : sterilis **λ** **7** honorem fructu **MN**c *(cf. Zago 2015, 75)* : honorem fructus **N** : honore fructum **PR**v **8** mehercules **λ** : mehercule **Pρ** narrabit *Pithou* : narrauit **PR**v **M** : inquit **N** **9** fructum **r** *(cf. Zago 2015, 75)* : fructus **PR**?v **λ** **10** *distinxit Housman, 258* | tum **λ** : tunc **Pρ** | genitor **λ** : gentium **PR**?v **13** *hunc iambum, quocum cf. 5, 24, 1, damnauit Kohl, 117 sq. (uide etiam Gnilka, 24–26), exhibent* **P** *et* **M**, *praebebat* **R** *(cf.* **R**v*), omisit* **N**, *ubi tamen cf. titulum*

XVIII
[PAVO AD IVNONEM DE VOCE SVA]

Pauo ad Iunonem uenit, indigne ferens
cantus luscinii quod sibi non tribuerit:
illum esse cunctis auibus admirabilem,
se derideri simul ac uocem miserit.
5 Tunc consolandi gratia dixit dea:
“Sed forma uincis, uincis magnitudine;
nitor smaragdi collo praefulget tuo
pictisque plumis gemmeam caudam explicas.”
“Quo mi[hi]” inquit “mutam speciem si uincor sono?”
10 “Fatorum arbitrio partes sunt uobis datae:

P 3, 19, **R** 3, 19, **M** 2 (cf. Zago 2015, 64 sq.), **N** 9 /// **T** 74 Th (**W**; **Fr**$^{\chi}$ **S F B Mn**; **L**^{ab} **Vi Mk**)

De pauone, qui ab auctoribus traditur esse animal φθονερὸν καὶ φιλόκαλον (Arist. hist. an. 488b 23 sq.; Plin. nat. 10, 43 sq.), cf. Arnott 2007, 342 sqq. Hanc Phaedri fabellam spectauerunt Auian. 8 et Abst. 1, 87 (uide Zago 2015, 97–99) **8–9** cf. Ou. med. 33 sq. | **8** hunc Phaedri uersum (quocum cf. etiam Ou. met. 1, 722 sq.) respexit, opinor, Mart. 13, 70, 1 **10–15** cf. Hor. serm. 1, 1, 1–3; uide, sis, Alfonsi 1964, 21–24

PAVO AD IVNONEM *(*-NEN **R**^{v}*)* DE VOCE SVA **PR**^{v} : *inscriptio deest in* **M** : OPORTERE OMNES CONTENTOS ESSE SORTE SVA **N** *(*OPORTERE OMNES SO⌊RTE SVA CONTEN⌋TOS ESSE **N** *in indice, l. red. ex indice codicis* **V***), cf. Abst. 1, 87* ut quisque esse debeat sua sorte contentus*;* **α** *fortasse exhibebat affabulationem qualis* sorte esse oportet omnes contentos sua *(cf. Hor. serm. 1, 1, 1–3; uide Zago 2015, 99), unde* quodcumque concessum est haec ut utatur oportet *(***W***)*, SIT VNVSQVISQVE SVO BONO CONTENTVS *(***Fr**$^{\chi}$*)*, QVOD CVILIBET CONCEDITVR *(*-DATVR **Vi***)* HOC CONTENTVS SIT **η** **1** ad Iunonem uenit **Pρ W χ** *(*uenit ad Iunonem **o***)* : Iunonem conuenit **λ** **2** luscinii **P**^{c} : luscini **PR**^{gv} : lusciniae **λ** *(femin. etiam* **T***)* | tribuerit **Pρ VN**^{i} *(*tribueriṭ **N***)* : tribueret **M** **3** illum **PR**^{v} **N** : illam **M** | auibus **λ** : auribus **PR**^{gv} *(si haec lectio tibi placet lege cum Hario* [ad]mirabilem*)* **4** miserit **Pρ VN**^{i} *(*mis{ **N***)* : emiserit **M** **5** gratia **r P**^{c} *(ubi* -cia*)* **N** : gratiam **R**$^{?v}$ **P** *(ubi* -ciam*)* : causa **M T** **6** forma uincis uincis **Pρ** : forma tu uincis et **λ** **9** *del. Pithou* | quo mihi inquit mutam speciem **P** *ac* **R**, *ut patet ex* **ρ** *et* **R**^{v}, *cf.* **W** quo mihi inquid haec *atque* **o** quo mihi haec sunt*; uide etiam* **Mn** *– hic, opinor (Zago 2017, 354 sqq.), ex* **ι** *interpolatum –, ubi reperitur* quo mihi haec sunt *(*quid mihi haec sunt **χ***)* : cur mihi inquit muta speties **M** *sicut* **N**, *ubi tamen* muta *omissum est*

tibi forma, uires aquilae, luscinio melos,
augurium coruo, laeua cornici omina,
omnesque propriis sunt contentae dotibus.
Noli affectare quod tibi non est datum,
15 delusa ne spes ad querelam reccidat."

12 cf. Cic. diu. 1, 12; 85 (ad quos locos uide Pease 1920–1923); Verg. ecl. 9, 15 (ubi uide Cucchiarelli 2012)

11 luscinio **Pρ** : lusciniae **λ** **12** omina **r** *nec non* **N**, *ut mihi uidetur* (omina **N**^{id}, *sed* omnia **V**) : homina **PR**^{v} : omnia **M** **13** dotibus **λ** : uocibus **PR**^{r}**ρ** **15** reccidat **P** : recidat **P**^{c}**ρ** **MVN**^{i} (ṛ⸤e⸥cidat **N**)

XIX
[AESOPVS RESPONDET GARRVLO]

Aesopus domino solus cum esset familia,
parare cenam iussus est maturius.
Ignem ergo quaerens aliquot lustrauit domus
tandemque inuenit ubi lucernam accenderet;
5 tum circumeunti fuerat quod iter longius
effecit breuius, namque recta per forum
coepit redire. Et quidam e turba garrulus:
"Aesope, medio sole quid cum lumine?"
"Hominem" inquit "quaero," et abiit festinans domum.
10 Hoc si molestus ille ad animum rettulit,
sensit profecto se hominem non uisum seni,
intempestiue qui occupato alluserit.

P 3, 20, **R** 3, 20, **N** 56

8 uide, sis, Tosi 2017, sub lemmate 585 **9** cf. Diog. Laert. 6, 41 (Giannantoni, Socr. et Socratic. rel. v B 272); uide Thiele 1906, 583 sq.

AESOPVS RESPONDET GARRVLO **P**, *ubi* R(ES)P(ONDET), **R**^{v} : IN TANTA MORTALIVM MVLTITVDINE PAVCOS ESSE HOMINES **N**, *cf. Diog. Laert. 6, 60* "πολὺς μέν," εἶπεν *(scil.* Διογένης ὁ κύων*)*, "ὁ ὄχλος, ὀλίγοι δὲ οἱ ἄνθρωποι" **1** solus cum esset **Pρ** : cum esset solus **N** **3** aliquot lustrauit domus **PR**^{v} : domos aliquot lustrauit **N** **7** redire **Pρ** : ridere **N** | et **Pρ**, *om.* **N** : at *Ouveringius apud Tollium, fortasse recte (uide, sis, Havetum, 155)* **8** quid cum **N** : quid tu cum **PR**$^{?rv}$ **9** abiit **V**, *suo Marte* : abit **Pρ N** **12** *deest in* **N** | *Post* adluserit **P** *exhibet* PHAEDRI AVG(VSTI) LIBERTI · LIBER · III · EXPL(ICIT) · INCIPIT · LIBER · IV, **R**, *ut patet ex* **R**^{v}, *praebebat* PHAEDRI AVG(VSTI) LIBERTI LIB(ER) III EXPLICIT · INCIPIT LIBER IV

EPILOGVS
[IDEM POETA]

Supersunt mihi quae scribam, sed parco sciens:
primum, esse uidear ne tibi molestior,
distringit quem multarum rerum uarietas;
dein, si quis eadem forte conari uelit,
5 habere ut possit aliquid operis residui,
quamuis materiae tanta abundet copia,
labori faber ut desit, non fabro labor.
Breuitati[s] nostrae praemium ut reddas peto
quod es pollicitus; exhibe uocis fidem.
10 Nam uita morti propior fit cottidie
et hoc minus ⟨per⟩ueniet ad me muneris,
quo plus consumet temporis dilatio.
Si cito rem perages, usus fiet longior;
fruar diutius si celerius coepero.
15 Languentis aeui dum sunt aliquae reliquiae,
auxilio locus est: olim senio debilem
frustra adiuuare bonitas nitetur tua,

P 4, 25, **R** 4, 25

10 cf. Sen. epist. 24, 20; 120, 17; uide Tosi 2017, sub lemmate 722; hic Phaedri uersus laudatur CIL IX 3473, 24 sq. (Carm. Lat. epigr. 186, p. 91, 11 sq. Bu.), ubi legitur *menten habae quod legeris quare* (pro *quia* usurpatum) *uita morti propior fit cottidiae*

Hoc carmen, quod post 4, 24 (5, 25 in nostra editione) exhibet **P** *et praebebat* **R** *(cf.* **ρ** *et* **R**[v]*), huc reiecit Broterius, 139* | IDEM POETA **PR**[v] **2** esse uidear ne tibi *Bentley, recepi coll. 5, 7, 24* : esse tibi ne uidear **PR**[gv] : ne uidear esse tibi *Hare; possis etiam* tibi esse uidear ne **3** distringit *Rittershausen* : de- **Pρ** **4** conari **ρ** : conare **PR**[?] **6** materiae *Pithou* : naturae **P** *(ubi* -re*)* **R**[gv] **7** labori **Pρ** : laboris **P**[c] **8** breuitatis **Pρ**, *corr. Salmasius* | praemium **ρ** : mium **P** : nimium **P**[c] **9** uocis **P** *(id est 'uoce ac sermone promissi', cf. Ou. met. 7, 322 sq.)* : uotis **ρ** **10** propior fit *Buecheler, Carm. Lat. epigr. I, p. 91, coll. CIL IX 3473, 24 sq. (uide app. locorum similium)* : propior est **P**[c] *(ubi* propr-*)* **ρ** : propriorem **P** **11** ueniet **PR**[rv], *suppl. Ursinus* : deueniet *Guyet* : redibit *Postgate 1918, 95* **14** *del. Riese* | coepero **PR**[v] : cepero *Rittershausen*

cum iam desierit esse beneficium utile
et Mors uicina flagitabit debitum.
20 Stultum admouere tibi preces exis⟨timo⟩,
procliuis ultro cum sis misericordiae.
Saepe impetrauit ueniam confessus reus:
quanto innocenti iustius debet dari?
Tuae sunt partes; fuerunt aliorum ⟨prius⟩;
25 dein simili gyro uenient aliorum [prius] uices.
Decerne quod religio, quod patitur fides,
et grauiter me tutare iudicio tuo.
    Excedit animus quem proposuit terminum;
sed difficulter continetur spiritus,
30 integritatis qui sincerae conscius
a noxiorum premitur insolent⟨i⟩is.
Qui sint requires; apparebunt tempore.
Ego, quondam legi quam puer[i] sententiam,
“Palam muttire plebeio piaculum est”,

19 cf. Hor. art. 63; Sen. Polyb. 10, 5; Tosi 2017, sub lemmate 631 **26–27** cf. Ou. Pont. 2, 4, 33 sq. **34** Enn. trag. fr. CXLII Joc. (fr. 125 Man.)

18 desierit *Pithou* : desideret **PR**^{b} *(sed* desiderat **R**^{v}*)* | beneficium utile *Pithou (cf. Zago 2016a, 108 sq.)* : beneficio utilius **PR**^{gb} *(sed* beneficium utilius **R**^{v}*)* : beneficio utilis *Gude* **19** flagitabit **Pρ** : flagitarit *Ouveringius apud Tollium* **20** preces **R**^{g}**ρ** : preceps **P** | exis **PR**^{v} (exes **R**^{g}*), suppl. Guyet (*existima *Pithou, male)* **21** sis misericordiae *Scheffer* : sit misericordia **Pρ** **24** sunt **PR**$^{?v}$: nunc *Burman 1727, haud inscite* **24–25** fuerunt aliorum ⟨prius⟩ / dein … uenient aliorum [prius] *Gude* : fuerunt aliorum dein … uenient aliorum prius **PR**^{bv} : fuerunt aliorum dein … uenient aliorum ⟦prius⟧ **r** *(=* **R**$^{?}$*)* **26** patitur **Pρ** : poscit *Bentley (*poscit > patit'*), sed nihil mutandum, nam uerba* decerne … fides *ita accipienda uidentur ut sensus sit 'fer eam sententiam, quam salua religione, salua fide ferre potes'* **27** et grauiter me tutare *Dressler, in textum recepi coll. Ou. Pont. 2, 4, 33 sq.* : et gratulari me tatere **P**, *ut uidetur* : et gratulari me latere **R**^{v} : et gratulari me tatare **R**$^{?}$: et gratulari me tacere **P**^{c} : ut gratuler me stare *Johnson; aliquando cogitaui de* ut gratuler [me] parere*, coll. Caes. Gall. 6, 13, 10* eorum … decretis iudiciisque parent, *et de* et gratulabor stare **28** proposuit **Pρ** : proposui *Postgate apud Gow* **31** insolentis **Pρ**, *corr. Pithou* **32** requires **Pρ** : requiris *Bentley, signo interrogationis posito* **33** pueri **PR**$^{?v}$, *corr. Pithou* **34** piaculum *Rittershausen, coll. Enn. trag. fr. CXLIIa Joc. (fr. 125b Man.)* : periculum **Pρ**, *quod seruare possis si putes Phaedrum ipsum memoria lapsum esse*

35 dum sanitas constabit, pulchre meminero.

35 meminero *Rittershausen* : memini **P** : memin. *(sic)* **R**[gv]

LIBER QVARTVS

PROLOGVS
[POETA AD PARTICVLONEM]

Cum destinassem terminum operi statuere,
in hoc ut aliis esset materiae satis,
consilium tacito corde damnaui ⟨tamen⟩.
Nam si quis talis etiam est tituli ⟨mi aemulus⟩,
5 quo pacto diuinabit quidnam omiserim,
ut illum ⟨id⟩ ipsum cupiam famae tradere,
sua cuique cum sit animi cogitatio
colorque ⟨pro⟩prius? Ergo non leuitas mihi,
sed certa ratio causam scribendi dedit.
10 Quare, Particulo, quoniam caperis fabulis
(quas Aesopias, non Aesopi, nomino,

P 4, 26, **R** 4, 26; e uersibus **14–19** huius Phaedri prologi pendent uersus 18–22 Perotti ad Pyrrhum prologi (cf. **N** f. 15u) /// tres iambos (**11–13**) carminis de quo nunc agimus paraphrasi uersos inuenies in *Epistula Aesopi ad magistrum Rufum*, quam **T** exhibebat (de *Epistula Aesopi* uide, sis, quae adnotaui ad prologum Phaedri libri tertii)

Hoc carmen, quod post 4, 25 (epil. libri tertii in nostra editione) exhibet **P** *et praebebat* **R** *(cf.* **ρ** *et* **R**^{v}*), huc reiecit Broterius, 139 et 143. De inscriptione libri quarti (*INCIPIT LIBER IV*), quam in* **δ** *excipiebat fabula de asino et Gallis (5, 1 apud me, 4, 1 in* **δ***), uide Praef. § IX nec non ea quae ad 3, 19, 12 et 5, 1 adnotaui* | POETA AD PARTICVLONEM **PR**^{v} **1** operi statuere *Scheffer et Gude, uterque, ut uidetur, suo Marte* : operis habere **PR**^{v} : operis statuere *Jo. Fred. Gronovius in epistula quadam ad Schefferum a. 1662 (cf. Strömberg, 167)* **3** ⟨tamen⟩ *Buecheler, 334 sq.; pes sextus deest in* **P** *et aberat a* **R** *(cf.* **R**^{gv}*)* : ⟨meum⟩ *Rittershausen et Bongars, uterque, ut uidetur, suo Marte* : ⟨statim⟩ *Bentley* **4** mi aemulus *suppleui, coll. 2, 9, 7, ubi uox* aemulatio *iambum claudit (*si quis talis etiam est tituli mi aemulus *idem est quod 'etiam si quem habeo talis tituli aemulum'); excidit in* **P** *et* **R** *(cf.* **R**^{grv}*) a fine dactylus* : ⟨mi inuidus⟩ *Buecheler, 334 sq.* **5** diuinabit *Rigault 1617* : damnabit **PR**^{rv} **6** ut illum ⟨id⟩ *(uel* ⟨hoc⟩*)* ipsum cupiam *ego, ratus* ut *ui concessiua usurpatum esse* : ut illum ipsum cupiam **PR**^{r}**ρ** : ut illud ipsum cupiat *Guyet et Faber, uterque proprio Marte* : ut ille ⟨id⟩ ipsum cupiat *Hare* **7** sit **P** : sic **R**^{v} **8** prior **PR**^{rv}*, corr. Rittershausen* **10** particula … fabulae **PR**^{v}*, corr. Pithou*

quia paucas ille ostendit, ego plures [dis]sero,
usus uetusto genere sed rebus nouis),
quartum libellum dum uacabis perleges.
15 Hunc obtrectare si uolet malignitas,
imitari cum non possit, obtrectet licet.
Mihi parta laus est quod tu, quod similes tui
uestras in chartas uerba transfer[e]tis mea,
dignum que⟨m⟩ longa iudicatis memoria.
20 Illitteratum plausum non desidero.

15–19 cf. Ter. Adelph. 15–21 | **15–16** cf. Theogn. 369 sq.; Varr. Men. 381 Ast.; uide Otto 1890, sub lemmate 870

12 quia *Ouveringius apud Tollium et, suo ipsius ingenio, Bentleius* : quasi **PR**^{gv} : quas **r** : *possis etiam* quod*;* **T** *praebebat* nam, *quod nescio an sincera lectio non sit* | ostendit **PR**^{g} : ostendirit **R**^{v} *(opinor* **R** *ante correctionem* ostendirit *exhibuisse, post corr.* ostendit*)* | dissero **Pρ**, *corr. Orelli (cf. Liu. 38, 56, 8)* **13** usus **ρ** : usu **P** **14** uacabis *ego, coll. 3 prol. 2; 12 (uide Zago 2012a, 193)* : uarie **R**^{Rrgv} : uariae **P** : uacabit *Riese* **16** cum *ego (cf. Zago 2012a, 191 sqq.), praeeunte Rank, 42 sq. adn. 1* : dum **Pρ N** **17** parta **Pρ** : magna **N** **18** transferetis **PR**$^{?v}$, *corr. Pithou; quid* **λ** *prae se tulerit e Perottino uersu* labores libenter legant usque meos *colligi nequit* **19** que⟨m⟩ *ego, coll. Ter. Andr. 97 sq. (cf. Zago 2012a, 192 adn. 11)* : -que **Pρ N** **20** inliteratum *Schoppe* : in litterarum **PR**^{r}**ρ** | non *Schoppe* : ire **PR**^{rb} *(sed* ire ego **ρ***)* : nec *Freinsheim et Scheffer, uterque, ut uidetur, suo ipsius Marte*

I

[IDEM POETA]

Aesopi nomen sicubi interposuero,
cui reddi⟨di⟩ iam pridem quicquid debui,
auctoritatis esse scito gratia,
ut quidam artifices nostro faciunt saeculo,
5 qui pretium operibus maius inueniunt nouis
si marmori ascripserunt Praxitelen suo,
[de]trito Myrona argento, tabulae Pausian.
Adeo fucatae plus uetustati fauet

P 4, 27, **R** 4, 27; uersus **8–9** huius Phaedriani carminis Perottus exscripsit quibus clauderet suum ipsius prologum ad Pyrrhum (cf. **N** f. 15u)

Horatius epist. 2, 1, 18 sqq. eos notat qui nihil mirantur nisi quod Libitina sacrauit et indignatur quicquam reprehendi non quia illepide compositum putetur sed quia nuper **4–7** cf. Zenob. 5, 82 (Corp. paroem. Graec. I, p. 153, 8 sq.) πολλοὶ ἐπὶ τῶν οἰκείων ἔργων ἕτερον ἐπιγεγράφασιν ὄνομα **8–9** cf. Hor. epist. 2, 1, 86–89; Mart. 5, 10 (praesertim uu. 3 sq.)

4,1–4,6 (4,27–4,32 in **P** *et* **R***, de quo cf.* **ρ** *ac* **R**^{v}*), male hactenus in editionibus collocata, in locum iis proprium ipse restitui (uide, sis, Praef. § IX)* | IDEM POETA **PR**^{v} **2** reddi **PR**^{v}, *suppl. Pithou* **5** nouis *Jo. Fred. Gronovius in epistula quadam ad Schefferum a. 1662 (cf. Strömberg, 165); uide etiam Heinsium apud Burmannum* : nouo **Pρ** : suis *post Guietum Bergkius, 621* **6** ascripserunt **Pρ** : inscripserunt *Nauck, 690* | suo **Pρ** : nouo *Bergk, 621* **7** trito *praeeunte Bongarsio Salmasius 1620, libri notarum et emendationum p. 205 (cf. etiam Salmasium 1629, 406), optime, nam* tero *et* tritor *uocabula sunt caelaturae (cf. CIL VI 9950, 6* tritor argentarius, *Gloss.*^{L} *II Philox.* TR *140* tritor τορευτής, *Porph. ad Hor. serm. 1, 3, 90, ad quem locum Horatianum uide etiam Bentley 1711, 246 sq.)* : detrito **PR**^{v} | Myrona *ego (de Myrone caelatore cf. Mart. 4, 39, 2; 6, 92, 2; 8, 50 [51], 1)* : Myronem **PR**^{v} *(sed uersu* **6** *traditum est – cf.* **PR**^{v} – Praxitelen, *unde conici potest Phaedrum hic quoque terminatione usum esse Graeca)* : Myn *Bergk, 620 sq.,* detrito *seruato (putabat Bergkius Phaedrum intellegi uoluisse 'argentum clanculum detritum et simulato situ obrutum ut uetustissimum appareret')* | tabulae Pausian *Bergk, ibidem (*pausian > dauxian > exaudiant*)* : fabulae exaudiant **P** *(ubi* fabule*)* **R**^{v} : tabulae *Zeuxidem *Bentley* : tabulae *Zeuxida *Müller* **8** adeo **PR**^{v} : semper **N** | fucatae ... uetustati *Bentley* : fugatae ... uetustati **N** : fugatae ... uetustis **PR**^{v}; fucatae *iam Jo. Fred. Gronovius in epistula ad Schefferum supra laudata*

inuidia mordax quam bonis praesentibus.
10 Sed iam ad fabellam talis exempli feror.

9 *praesentibus* cf. Ou. trist. 4, 10, 123

(uide ad u. **5***) coniecerat, alio tamen casu; scribi enim iusserat* trito Myronem argento. Fabulae exeant / item fucatae. **10** exempli **Pρ** : exemplo **R**?*; multi (praeter ceteros Müller 1875, 28 sq.) putarunt hunc esse uersus* **10** *sensum, ‘adiecturus sum fabellam exemplo scriptam superiorum uersuum, fabellam scilicet de malignitate criticorum qui uetustatem extollunt ut bona praesentia eleuent’. Cum sequens narratio de Demetrio et Menandro uix esset fabella eiusdem exempli cuius uersus* **1–9** *carminis de quo agimus, uiri illi doctissimi signum lacunae posuerunt post u.* **10**. *Quibus refragor; assentior enim Desbillonio, qui Phaedri uerba intellexit de fabula tali simpliciter qualis sequitur, sine ullo respectu ad ea quae praemissa sunt*

II
[DEMETRIVS REX ET MENANDER POETA]

Demetrius qui dictus est Phalereus
Athenas occupauit imperio improbo.
Vt mos est uulgi, passim et certatim ruit;
“Feliciter!” succlamant. Ipsi principes
5 illam osculantur qua sunt oppressi manum,
tacite gementes tristem fortunae uicem.
Quin etiam resides et sequentes otium,
ni defuisse noceat, repunt ultimi;
in quis Menander, nobilis comoediis,
10 quas ipsum ignorans legerat Demetrius
et admiratus fuerat ingenium uiri,
unguento delibutus, uestitu fluens,
ueniebat gressu delicato et languido.
Hunc ubi tyrannus uidit extremo agmine:
15 “Quisnam cinaedus ille in conspectum meum
audet uenire?” Responderunt proximi:

P 4, 28, **R** 4, 28, **M** 1 (cf. Zago 2015, 63 sq.), **N** 23

Demetr. Phaler. test. 44 Stork–Ophuijsen–Dorandi (Fortenbaugh–Schütrumpf 2000, 90 sq.); Menand. test. 10 K-A (PCG VI, 2, p. 3) **3–6** hos iambos fortasse spectauit Tac. hist. 1, 45, 1 **12** huc respexit Tertull. pall. 4, 8

DEMETRIVS REX ET MENANDER POETA **PR**^{v} : QVAM SAEPE FALLATVR HOMINVM IVDICIVM **N** *(*Q⌊VAM SA⌋EPE IN REBVS HVMANIS FALLATVR ⌊HOMI⌋NVM IVDICIVM **N** *in indice, l. red. ex indice codicis* **V***); titulus deest in* **M** **1** Demetrius **Pr λ** : Demetrius rex **R**$^{?v}$ | dictus est **R**^{v} **λ** : dictus **Pr***; sicut Accius tr. 668 R*^{3} *(104 Dang.), Graecum* ευ *distrahens,* Peleus *tribus syllabis effert (uide Housman 1903, ad Manil. 1, 350 sq.), ita Phaedrus quattuor syllabis* Phalereus*; si* Phalereus *tetrasyllabum tibi displicet, lector, repone* Demetrius Phalereus qui appellatus est **4** *distinxit Rittershausen* | principes **P**^{c} **λ** : principis **PR**$^{?v}$ **6** tacite **Pρ** : taciti **λ** **8** ni **PR**$^{?rv}$: ne **λ** | repunt **λ** : repetunt **PR**^{r}**ρ** **9–11** *de interpunctione uide, sis, Tacke, 51* **11** et admiratus **P**^{c}**ρ N** : et miratus **P** : admiratus **M** **12** fluens **λ** : afluens **P** : affluens **R**^{v} **15** in conspectum meum **λ** : in conspectu meo **PR**^{r}**ρ** **16** audet **Pρ λ***; de* audens *edendo aliquando cogitaui, cf. tamen Sen. Oed. 202; Ag. 913; 922* | uenire **Pρ λ** : ceuere *Gow, qui uersu* **15** *lectionem* in conspectu meo *recepit in textum*

"Hic est Menander scriptor." Mutatus statim
"Homo" inquit "fieri non potest formosior."

17 mutatus statim **R**^{v} *nec non* **P**, *ubi diorthota quidam crucem posuit post* statim, *cuius alteri syllabae, unde noua linea incipit, continuo librarius subiunxerat fabulam sequentem, quae in* **P** *titulo caret et incohatur a tertio iambo, id est a uerbis* et uindicabit *(idem fecisse librarium codicis* **R** *patet ex* **R**^{v}, *nam Vincentius adnotauit: "après ces mots* mutatus statim, *suit dans la même ligne* et uindicabit*")* : mutato statu **MV** *(*m{ **N**^{ob}; **N** *nunc legi nequit;* mutatus statim **N**^{i}, *perperam, mea quidem sententia)* **18** homo inquit fieri non potest formosior **MV** *(*homo inquit fieri non potest f{or}m{o}s{ior **N**^{i} : homo inquit f{i}eri non potest f{..}m{ **N**^{o} : homo inquit f̣{.....}ọ{ **N***); uersum om.* **P** *et* **R** *(cf. notam praecedentem);* fieri *et* formosior *suspecta sunt (cf. Zago 2015, 64); pro altero Nauckius, 691 sq., scribendum* fingi *coniecit, alterum Postgatius apud Gow (cf. etiam Postgate 1918, 90 sq.) mutari iussit in* neruosior, *coll. Catull. 67, 27. Fuere qui uerba in* **N** *huic narrationi inscripta epimythii loco reponerent in hunc iambum mutata:* humanum saepe sic iudicium fallitur

III
[MVLTOS IN REBVS SECVNDIS FORTES ESSE QVI IN DVBIIS SVNT TIMIDI]

Duo cum incidissent in latronem milites,
unus profugit, alter autem restitit
et uindicauit sese forti dextera.
Latrone occiso timidus accurrit comes
5 stringitque gladium, dein[de] reiecta paenula
“Cedo” inquit “illum; iam curabo sentiat
quos attemptarit.” Tunc qui depugnauerat:
“Vellem istis uerbis saltem adiuuisses modo;
constantior fuissem uera existimans.
10 Nunc conde ferrum et linguam pariter futtilem.
Vt possis alios ignorantes fallere,
ego, qui sum expertus quantis fugias uiribus,
scio quam uirtuti non sit credendum tuae.”
Illi assignari debet haec narratio
15 qui re secunda fortis est, dubia fugax.

P 4, 29, **R** 4, 29, **N** 57

1–13 cf. Aes. 255 C (66 H; 65 P); Auian. 9 **5** cf. Cic. Milon. 29 **11–13** ad hunc locum fortasse respexit Auian. 5, 17 sq. **14–15** cf. Tosi 2017, sub lemmate 2127

MVLTOS IN REBVS SECVNDIS FORTES ESSE QVI IN DVBIIS SVNT TIMIDI **N**; *titulus deest in* **P** *et aberat a* **R** *(cf.* **R**^{v}*)* **1–2** *exhibentur codice* **N**, *deperditi sunt cum titulo et exitu narrationis praecedentis in* **δ**, *cuius librarius uoci* statim *(4, 2, 17) uersus* **3–15** *huius fabulae continuauit, ut colligi potest ex* **P** *et* **R**^{v} *(uide, sis, quae ad 4, 2, 17 adnotaui)* **3** uindicauit **N** : uindicabit **PR**^{v} **4** occiso **Pρ** : exciso **N** **5** deinde **PR**$^{?v}$ **N**, *corr. Pithou* **9** *om.* **N** **10–13** *distinxit Hartman, 119 sq.* **10** futilem **ρ** : futile **PR**$^{?}$*; haec uox omissa esse uidetur in* **N**, *deest in* **V** **12** quantis fugias uiribus **Pρ** : quae sint uires tuae **V** *(*q{..} sint ụị{ **N***)* **13** quam **N** : quid **PR**^{gv} | non sit **Pρ** : sit **VN**^{oi} *(in* **N** *scriptura nunc dispici nequit)* : nunc sit *Gude, qui* quid *putauit sinceram lectionem* **14–15** *desunt in* **N** *(sed cf. titulum)*

IV
[CALVVS ET MVSCA]

Calui momordit musca nudatum caput,
quam opprimere captans alapam sibi duxit grauem.
Tunc illa irridens: “Punctum uolucris paruulae
uoluisti morte ulcisci; quid facies tibi,
5 iniuriae qui addideris contumeliam?”
Respondit: “Mecum facile redeo in gratiam,
quia non fuisse mentem laedendi scio.
Sed te, contempti generis animal improbum,
quae delectaris bibere humanum sanguinem,
10 optem necare uel maiore incommodo.”
Hoc argumentum docet ⟨ei⟩ ueniam dari

P 4, 30, **R** 4, 30, **N** 58 /// **T** 42 Th (**W**; **Ad**$^{\chi}$ **Fr**$^{\chi}$ **S F B Mn**; **L**^{ab} **Vi Mk E**)

3–4 cf. Lucian. muscae enc. 3 (ἡ μυῖα) πίνει τοῦ αἵματος ... οὐ μετὰ μεγάλης ὀδύνης τῶν κεντουμένων **8–10** cf. anth. Pal. 5, 151 (Meleag.) **11–13** cf. Arist. eth. Nic. 1109b 30 sqq. τῆς ἀρετῆς δὴ περὶ πάθη τε καὶ πράξεις οὔσης, καὶ ἐπὶ μὲν τοῖς ἑκουσίοις ἐπαίνων καὶ ψόγων γινομένων, ἐπὶ δὲ τοῖς ἀκουσίοις συγγνώμης ..., τὸ ἑκούσιον καὶ τὸ ἀκούσιον ἀναγκαῖον ἴσως διορίσαι τοῖς περὶ ἀρετῆς ἐπισκοποῦσι, χρήσιμον δὲ καὶ τοῖς νομοθετοῦσι πρός τε τὰς τιμὰς καὶ τὰς κολάσεις

CALVVS ET MVSCA **Pρ** : HIS QVI CASV PECCANT DANDAM ESSE VENIAM· QVI VERO CONSVLTO DELINQVVNT EOS ESSE PVNIENDOS **N** *(*E⌊IS QVI RI⌋SV PECCANT DANDAM ESSE VE⌊NIAM·⌋ QVI VERO CONSVLTO DELINQVVNT ⌊HOS M⌋ERITO PVNIENDOS **N** *in indice, l. red. ex indice codicis* **V***)* **1** calui **PR**^{r}**ρ** : caluum *in* **N** *dispicere mihi uideor (*caluum **V** : calui **N**^{id}*)* **2** opprimere **P**^{c} : opprime *(sic)* **V** *(*}ṛịṃẹre **N** : oppri{ **N**^{i}*)* : oppremere **PR**$^{?rv}$: premere *Müller, ne uersus a monosyllabo eliso inciperet (uide tamen Havetum, 194 sq.)* **3** tunc **PR**^{r}**ρ** : hunc **N** | inridens **PR**^{rv} **N**^{bi} *(ubi* irr- : illudens **V***; legi nequit* **N***)* : ridens **Wχ** *(*subridens **ε***)* **5** qui addideris **N** : quia dederis **PR**$^{?rv}$ **8** contempti **N** : contemsi **PR**$^{?r}$ *(sed* contempti **ρ***)* **10** necare **PR**^{r}**ρ** : carere **N***, defendit Postgate 1918, 92* **11–13** *desunt in* **N** *(sed cf. titulum)* **11** argumentum *Pithou (cf. 5, 16, 7)* : argumento **PR**^{grv} | docet ⟨ĕi⟩ ueniam dari *Stowasser* : ueniam dari docet **PR**^{grv} : *coll. titulo quo Perottus hanc fabulam designauit in indice codicis* **N** *conici potest etiam* ueniam ⟨ei⟩ dandam docet : ueniam dandam ⟨illi⟩ docet *Bentley* : ueniam donari decet *Cunningham, qui* argumento *retinuit (coll. 2, 7, 13,* argumento *seruari et* decet *scribi iam Gudius iusserat; proposuerat enim* hoc argumento ueni⟨am t⟩am dari decet*, contra*

qui casu peccat, cum qui consilio est nocens,
illum esse qua[m]uis dignum poena iudicet.

metrum) : uenia donari docet *Desbillons, qui melius edidisset* ueniam donari docet *(cf. enim Lucan. 10, 70; Stat. Theb. 1, 578 sq.)* : ⟨ei *(monosyll.)* modo⟩ decet ueniam dari *Havet* **12** cum *(aduersatiuum)* qui *scripsi, coll. illo* VERO *quod* **N** *exhibet in inscriptione huic narratiunculae praefixa et in indice fabellarum* : quam qui **PR**^{r}**ρ** : nam qui *Rigault* : quum quis *Bothe 1803* : quin qui *Havet* **13** quamuis **PR**^{grv}, *corr. Rittershausen* | dignum poena **PR**^{g} : poena dignum **R**^{r}**ρ** | iudicet *ego praeeunte Cuningamio, qui tamen* nam qui … / … quiuis poena dignum iudicet *coniecit* : iudico **PR**^{gr}**ρ***; cum locutione* argumentum … iudicet *cf. 3, 10, 6* iudicet sententia

V
[ASINI ET PORCELLI]

Quidam immolasset uerrem cum sancto Herculi,
cui pro salute uotum debebat sua,
asello iussit reliquias poni hordei,
quas aspernatus ille sic locutus est:
5 "Libenter istum prorsus appeterem cibum,
nisi qui nutritus illo est iugulatus foret."
Huius respectu fabulae deterritus,
periculosum semper uitaui lucrum.
[Sed dicis: "Qui rapuere diuitias, habent."
10 Numeremus agedum qui deprensi perierunt;
maiorem turbam punitorum reperies.
Paucis temeritas est bono, multis malo.]

P 4, 31, **R** 4, 31, **N** 59

Cf. Aes. 92 C (270 H; 300 P); Babr. 37; Auian. 36 | E Phaedri fabula aliquid hausit Abst. 2, 21 (uide, sis, Zago 2015, 101 sq.) **9** cf. Iuu. 14, 205–207 (fr. poet. Lat. inc. 74 Bl.)

ASINI ET PORCELLI **PR**^{v} *(*ASINVS ET PORCELLI ⟨HORDEVM⟩ *Havet)* : VITANDVM SEMPER ESSE PERICVLOSVM LVCRVM **N** **1** immolasset uerrem cum **P** *nec non* **R***, ut apparet ex* **ρ** *et* **R**^{v} *(testatur Vincentius* **R** quum *exhibuisse)* : cum imolasset uerrem **N** **2** cui **N** : qui **PR**$^{?v}$ **5** libenter istum prorsus **N** : libenter tuum prorsus **P**^{c} *(*libenter *ex* liberi ter*, ut uidetur)* **R**$^{?}$: tuum prorsus libenter **R**^{v} **7–8** *desunt in* **N***, sed cf. titulum* **9–12** *hos iambos, quibus* **N** *caret, delendos censeo utpote uix conuenientes praecedentibus, qui non de rapinis nec de temeritate nec de turpi tantum lucro accipiendi uidentur, sed de congestis auiditate opibus quae possessores suos in pericula adducant* **12** est bono *Pithou* : bono est **PR**^{v}

VI
[SCVRRA RVSTICVS]

Prauo fauore labi mortales solent
et, pro iudicio dum stant erroris sui,
ad paenitendum rebus manifestis agi.
Facturus ludos diues quidam et nobilis
5 proposito cunctos inuitauit praemio,
quam quisque posset ut nouitatem ostenderet.
Venere artifices laudis ad certamina;
quos inter scurra, notus urbano sale,
habere dixit se genus spectaculi
10 quod in theatro numquam prolatum foret.
Dispersus rumor ciuitatem concitat;
paulo ante uacua turbam deficiunt loca.
In scaena uero postquam solus constitit
sine apparatu, nullis adiutoribus,
15 silentium ipsa fecit exspectatio.
Ille in sinum repente demisit caput,
et sic porcelli uocem est imitatus sua,
uerum ut subesse pallio contenderent
et excuti iuberent. Quo facto, simul

P 4, 32, **R** 4, 32, **M** 6 (cf. Zago 2015, 71 sqq.), **N** 17

Cf. Plut. quaest. conuiu. 674 b–c | Ex hac Phaedri narratione pendet Abst. 1, 56 (cf. Zago 2015, 100 sq.)

SCVRRA RVSTICVS **PR**^{v} *(inter* SCVRRA *et* RVSTICVS *desideratur* ET, *omissum iam codice* **δ***)* : PRAVO FAVORE SAEPENVMERO HOMINES LABI **N** *(*P{ **N** *in indice;* P. F. S. DECIPI HOMINES SOLENT **V** *in indice); titulus deest in* **M** **1–3** *om.* **M** *nec non* **N**, *ubi tamen cf. titulum* **1** prauo **N** *in titulo* : paruo **PR**$^{?v}$ | labi **N** *in titulo* : laui **PR**$^{?v}$ **2** pro iudicio **Pρ** : praeiudicio *Salmasius, haud inscite, sed tradita seruanda, cf. Zago 2016a, 123 sq.* **4** diues quidam et nobilis **λ** *(cf. 3, 5, 6)* : quidam diues nobilis **Pρ** *(sunt qui hanc lectionem malint et accipiant* nobilis *pro acc. plur.)* **6** posset **λ** : possit **PR**$^{?}$**ρ** **8** notus **PR**^{v} : unus **λ** **12** uacua **λ** : uacuam **PR**^{v} | turbam **Pρ** : turba **λ** **16** demisit **λ** : dimisit **Pρ** **17** porcelli uocem est imitatus **Pρ** : porcellum uocest imitatus **M** : porcellum uoce imitatus est **N** **18** contenderent **λ** : -deret **PR**^{v}

20 nihil est repertum, multis onerant lancibus
hominemque plausu prosequuntur maximo.
Hoc uidit fieri rusticus: “Non mehercules
me uincet” inquit, et statim professus est
idem facturum melius se postridie.
25 Fit turba maior; iam fauor mentes tenet,
ut derisuros, non spectaturos, citet.
Vterque prodit. Scurra degrunnit prior,
mouetque plausus et clamores suscitat.
Tunc simulans sese uestimentis rusticus
30 porcellum obtegere (quod faciebat scilicet,
sed, in priore quia nil compererant, latens),
peruellit aurem uero, quem celauerat,
et cum dolore uocem naturae exprimit.
Acclamat populus scurram multo similius
35 imitatum, et cogit rusticum trudi foras.
At ille profert ipsum porcellum e sinu,
turpemque aperto pignore errorem exprobrans:
“En hic declarat quales sitis iudices!”

20 lancibus **PR**^{gv}, *cf. Mart. spect. 31 (27 [29]), 6* : laudibus **λ** **22** mehercules **λ** *(cf. ad 1, 25, 7)* : mehercule **Pρ** **23** uincet **Pρ** : uincit **λ** **25** iam **Pρ λ** : tam *Havet (quae coniectura fulciri potest Hor. epist. 1, 7, 18)* | fauor **λ** : fauore **PR**^{v} **26** ut derisuros, non spectaturos, citet *scripsi (cf. Zago 2015, 72 sq.)* : et derisuros non expectaturos sitet **P** : et derisuros non spectaturos sit et **R**^{g} : et derisuros non exspectaturos. Sit et **R**^{v} *(fortasse* **R** exspectaturos *exhibebat* ex *punctis deleto quae Vincentius non dispexit)* : et derisurus non secuturus *(*ins- **M***)* sedet **λ** : et derisuri non spectaturi sedent *Pithou* : ut derisuros, non spectaturos scias *Heinsius apud Burmannum (at quo* scias *tendit?)* : et derisuros, non spectaturos citat *(uel* ciet*) Johnson; haud scio an cogitari nequeat de edendo* et derisurus non spectaturus sedet, *ita ut* fauor sedet *per* προσωποποιίαν *pro* fautores sedent *usurpetur. Huius loci perdifficilis nulla certa medela* **28** clamores **Pρ** : -rem **λ** **29** tunc **Pρ** *(cf. Zago 2015, 72)* : tum **λ** | rusticus **λ** : -cis **PR**$^{?v}$ **31** *uersum om.* **N**, *exhibent* **P M** *et praebebat* **R** nil *Pithou* : nihil **PR**^{v} **M** | compererant **M** : -rerat **PR**^{v} **32** uero **Pρ** : porco **λ** **34** scurram **MVN**^{oi} *(*ṣc̣{ **N***)* : scurra **PR**^{v} | similius **Pρ VN**^{i} *(*ṣịm{ **N***)* : similis **M** **36** profert **MVN**^{id} *(*profeṛṭ **N***)* : proferet **PR**^{v} | e **Pρ** : de **λ** **37** exprobrans **M**^{c} *(ex* exprobans*)* **VN**^{id} *(*exprob{ **N**^{o} : exprob{…} **N**^{b}*; legi nequit* **N***), cf. Plut. quaest. conuiu. 674c* ἕνα … ἀφεῖναι τὸ δελφάκιον εἰς τὸ μέσον, ἐξελέγχοντα τῆς κρίσεως τὸ πρὸς δόξαν οὐ πρὸς ἀλήθειαν : probans **Pρ**

EPILOGVS
[POETA AD PARTICVLONEM]

Adhuc supersunt multa quae possim loqui,
et copiosa abundat rerum uarietas;
sed temperatae suaues sunt argutiae,
immodicae offendunt. Quare, uir sanctissime,
5 Particulo, ⟨ch⟩artis nomen uicturum meis,
Latinis dum manebit pretium litteris,
si non ingenium, certe breuitatem approba[t],
quae commendari tanto debet iustius,
quanto poetae sunt molesti ualidius.

P 4, 33, **R** 4, 33

5 huc spectauit Mart. 3, 20, 2; 7, 44, 7 **6** cf. Cic. leg. 1, 2

Hoc carmen, quod in **P** *narrationem de scurra et rustico excipit et eodem loco reperiebatur in* **R** *(cf.* **ρ** *et* **R**^{v}*), primus animaduertit epilogum esse libri* IV *Broterius, 159* | POETA AD PARTICVLONEM **PR**^{v} **3** temperatae **ρ** : -te **P** **4** immodicae *Rittershausen* : immodica **P** *(ubi* inm-*)* **R**$^{?v}$*, def. Bassi, memor fortasse Plautini illius* nimia omnia nimium exhibent negoti hominibus ex se *(Poen. 239); sed* offendunt*, quod τῷ* suaues sunt *uersus praecedentis opponitur, testatur tantum* argutias *hic spectari* **5** artis **PR**$^{?v}$*, corr. Pithou* **7** adprobat **PR**^{v}*, corr. Pithou* | *Deest subscriptio*

⟨LIBER QVINTVS⟩

I
[ASINVS ET GALLINA]

Qui natus est infelix non uitam modo
tristem decurrit, uerum post obitum quoque
persequitur illum dura fati miseria.
Galli Cybebes circum ⟨in⟩ quaestus ducere
5 asinum solebant baiulantem sarcinas.
Is cum labore et plagis esset mortuus,
detracta pelle sibi fecerunt tympana.
Rogati mox a quodam, delicio suo
quidnam fecissent, hoc locuti sunt modo:
10 “Putabat se post mortem securum fore:
ecce aliae plagae congeruntur mortuo!”

P 4, 1, **R** 4, 1 /// **T** 68 Th (**W Fr**$^{\iota}$; **Ad**$^{\chi}$ **S F B Mn**; **L**^{ab} **Vi Mk E**)

Cf. Aes. 237 C (173 H; 164 P); Babr. 141

Liber V caret inscriptione; 5,1–5,25 post 3,19 (immo post PHAEDRI AVGVSTI LIBERTI LIBER III EXPLICIT· INCIPIT LIBER IV, *quod ultimum illius narratiunculae excipit uersum) tamquam carmina libri quarti exhibet* **P** *et praebebat* **R** *(cf.* **ρ** *ac* **R**^{v}*); huc traieci (uide, sis, Praef. § IX)* | ASINVS ET GALLINA **PR**^{v} *(procul dubio ex* ASINVS ET GALLI *ortum)* **4** ⟨in⟩ quaestus *(id est ‘ad quaestus faciendos’) Heinsius apud Schefferum; uide etiam epistulam Schefferi ad Heinsium a. d.* VI *Mai. 1662 datam (Burman 1727a, V, 41);* in quaestus *habebat, opinor, codex* **α**, *ut conici potest ex* **κ** lucri causa *et* **ι** ob *(*ad **W***)* lucri causam : questus **PR**^{rv} *(*quaestus *iam Rittershusius scripserat; nihil tamen suppleuerat, nam absurde* quaestus ἐλλειπτικῶς *positum pro* quaestus causa *putabat*); *Schütze, 5 sq., supplemento Heinsiano reiecto, ita uerba intellexit ut* quaestus *genetiuus singularis sit et per hyperbaton ex* sarcinas *pendeat (*quaestus … sarcinas = *‘sarcinas ex quaestu exsistentes’), haud inscite, cf. enim Apul. met. 8, 28, 6* omnia … in sacculos huic quaestui de industria praeparatos farcientes dorso meo congerunt *(scil.* Galli*)* **8** *distinxit Salmasius 1620, libri notarum et emendationum p. 493* **9** quidnam fecissent **Pρ** : quid ita fecissent *Baehrens, 154 (*quid ita *iam Heinsius apud Burmannum; Heinsius tamen praeter necessitatem* fecissent *in* necuissent *mutari iussit)* | locuti **Pρ** : iocati *Heinsius, ibidem* **11** mortuo **ρ** : mortui **PR**$^{?}$

II
[POETA]

Ioculare tibi uidemur, et sane leue,
dum nihil habemus maius, calamo ludimus;
sed diligenter intuere has nenias;
quantam sub illis utilitatem reperies!
5 Non semper ea sunt quae uidentur: decipit
frons prima multos, rara mens intellegit

P 4, 2, **R** 4, 2 /// **T** 72 Th (**Fr**^{χ} **S F B Mn**; **L**^{ab} **Vi E**)

2 cf. Verg. ecl. 1, 10; 4, 1 **3–7** cf. Theon. prog. p. 72, 28 Sp. (p. 30 Pat.) μῦθός ἐστι λόγος ψευδὴς εἰκονίζων ἀλήθειαν (uide Hausrath 1936, 78 sq.)

POETA **PR**^{sv} **1** iocularе tibi uidemur *Havet, coll. Gloss.*^{L} *II Philox.* IO *9 (*iocularе εὐτραπελίσαι, προπηλακίσαι*)* : iocularе tibi uidetur **PR**^{rv}, *quam lectionem sunt qui sinceram putent; censent enim* iocularе, *quod opinantur a* iocularis *esse, ad fabellam de asino et Gallis referendum, quasi 5, 1 et 5, 2 partes essent unius carminis; atqui nec narratio de asino et Gallis iocularis est, nec ullum Phaedri carmen duas fabulas continet Aesopias. Praeterea, si ad praecedentem narrationem Phaedrus hic respicit, cur nouam fabulam adicit de mustela et muribus ne locutus sine mercede existimetur, ut uersu* **8** *ait?* : iocularе ⟨id⟩ *(uel* ⟨hoc⟩*)* tibi uidetur *Schefferus in epistula quadam ad Heinsium a. 1672 (cf. Burman 1727a, V, 41), putans* iocularе *ab eo quod est* iocularis *esse et subaudiens, ut apparet,* genus scribendi *uel simile quid; sed sic initium nimis abruptum est nec Phaedrum sapit* : ioculares tibi uidemur *Heinsius apud Schefferum* : ioculares tibi uidentur *Burmannus 1727,* et sane … ludimus *parenthetice accipiens, ut* neniae ioculares *dicantur* | leue **PR**^{rv} *(cf. Catull. 63, 22* tibicen ubi canit Phryx curuo graue calamo*, quem uersum fortasse in mente habebat Phaedrus; de accusatiuo singulari adiectiui neutrius generis pro aduerbio posito cf. etiam locos notissimos uelut Catull. 51, 5* dulce ridentem*, Hor. carm. 1, 22, 23 sq.* dulce ridentem … dulce loquentem*, Verg. Aen. 6, 50)* : leui *Schefferus, permultis plaudentibus, rectissime improbante Bentleio, nam haud dixerit quis* leui calamo *eo sensu quo* leui brachio, leuiore lyra*, quia* leuis *generale* calami *epitheton est (cf. Verg. ecl. 5, 2; georg. 2, 358; [Verg.] moret. 61; Ou. met. 7, 778; Petron. fr. 47, 4 Müll.; [Sen.] Oct. 411; Mart. 9, 73, 9; Sil. 17, 88), nec quicquam nouae significationis addit; hic uero aliquid desideramus quod apte uoci* maius *a Pithoeo uersu proxime sequenti restitutae opponatur* **2** maius *Pithou (intellego: 'ludimus leuia carmina [cf. Mart. 12, 94, 8] dum nihil habemus maius quod canamus')* : manu **PR**^{grv} : magnum *Stowasser* **4** sub illis *Pithou (cf. Housman 1920, 122 sq.)* : subtilis **PR**$^{?v}$ **5** decipit *Pithou* : despici **PR**^{v} *(*despicit **R**$^{?}$*)* **6** rara **P** : raro **ρ**

quod interiore condidit cura angulo.
Hoc ne locutus sine mercede existimer,
fabellam adiciam de mustela et muribus.
10 Mustela, cum annis et senecta debilis
mures ueloces non ualeret assequi,
inuoluit se farina et obscuro loco
abiecit neglegenter. Mus, escam putans,
assiluit et comprensus occubuit neci;
15 alter similiter, deinde perit et tertius.
Aliquando uenit saeculis retorridus,
qui saepe laqueos et muscipula effugerat,
proculque insidias cernens hostis callidi
"Sic ualeas" inquit "ut farina es, quae iaces!"

8–9 Seneca quoque nolebat includere epistulam sine ulla mercedula (epist. 6, 7; 12, 10; 15, 9; uide, sis, Postgate 1919, 22) **10–19** cf. Aes. 13 C (81 H; 79 P) **12** *farina* cf. Callim. aet. fr. 54c, 18 Hard. (fr. 149, 18 Mass.; Callim. fr. 177, 18 Pf.) **19** huc fortasse respexit Mart. 6, 61 (60), 1–4

7 interiore *Rittershusius et* **R**^{Sir} : inferiore **PR**$^{?\mathrm{v}}$ **9** adiciam **P** : adii- **ρ** **10** annis et senecta] ἓν διὰ δυοῖν, *cf. [Quint.] decl. mai. 10, 17, p. 216, 8 Håk.* **14** comprensus *Rittershausen* : compressus **PR**^{r}**ρ** **16** aliquando uenit *scripsi* : aliquod uenit **P** : aliquot uenit **R**, *ut colligi potest ex* **ρ** *et* **R**^{v} : ⟨post⟩ *(uel* ⟨mox⟩*)* uenit aliquot *Ellis, 34 (cf.* **χ** postea uenit, **ε** postea ueniens*)* : ⟨post⟩ aliquot, uenit *Havet; etiam de* ⟨mox⟩ aliquot uenit *cogitaui* | saeculis] *cf. Verg. Aen. 8, 508; Priap. 57, 2* | retorridus **R**^{c} *testibus Sirmondo et Vincentio* : reterritus **P** *nec non, ut uidetur,* **R** *nondum correctus* : rete territus **P**^{c}

III
[DE VVLPE ET VVA]

Fame coacta uulpes alta in uinea
uuam appetebat, summis saliens uiribus,
quam tangere ut non potuit, discedens ait
“Nondum matura est; nolo acerbam sumere.”
5 Qui facere quae non possunt, uerbis eleuant,
ascribere hoc debebunt exemplum sibi.

P 4, 3, **R** 4, 3 /// **T** 71 Th (**W Fr**[1]; **F B Mn**; **L**[ab] **Vi Mk E**)

Cf. Aes. 32 C (15a–b H; 15 P); Babr. 19; Tetr. 1, 23 M; uide etiam Adrados–van Dijk 2003, 24 sq.

DE VVLPE ET VVA **P** : DE VVLPE **R**[v] **1** alta in uinea **Pρ** *(cf.* **W** uuam pendentem uidit sursum in altam uineam – *sic –;* **Fr**[1] uuam sursum pendentem aspexit albam – *sic* – in uinea*;* **σ** uuam sursum pendentem aspexit in alta uinea*; codices qui ex* **ε** *defluxerunt aberrant; utrum* in alta uinea *an* alta in uinea **T** *praebuerit in incerto est)* : altam in uinea *Scheffer, probante Önnerfors, 452 sq.* **4** est **Pρ** : es *Johnson; in* **T** *uulpes alloquebatur uuam, cf. enim* **ι** “nolo te” inquit “manducare acerbam” *(*-ba **Fr**[1]*),* **FB** nolo te acerbam et immaturam edere *(*edere *om.* **B***),* **ε Mn** nolo te, acerba et immatura*; uide tamen Aes. 32 rec. I, 3 sq. C, ubi uulpes de racemis* πρὸς ἑαυτὴν εἶπεν· “ὀμφακές εἰσιν”*; cf. Babr. 19, 8* “ὄμφαξ ὁ βότρυς”*; Tetr. 1, 23, 4 M* “ῥᾶγες ὀμφακίζουσιν μάλα” acerbam **T** *(*aceruam **PR**?*)* : acerbum **R**[v]

IV
[EQVVS ET APER]

Equus sedare solitus quo fuerat sitim,
dum sese aper uolutat turbauit uadum.
Hinc orta lis est. Sonipes iratus fero
auxilium petiit hominis, quem dorso leuans
5 redît ad hostem. [laetus] Iactis hunc telis eques
postquam interfecit, sic locutus traditur:
“Laetor tulisse auxilium me precibus tuis;
nam praedam cepi et didici quam sis utilis.”
Atque ita coegit frenos inuitum pati.
10 Tum maestus ille: “Paruae uindictam rei
dum quaero demens, seruitutem repperi.”
Haec iracundos admonebit fabula
impune potius laedi quam dedi alteri.

P 4, 4, **R** 4, 4

Aes. 329 C (238 H; 269 P); uide etiam Aes. 144 C; P. Ryl. 493, 1 H; Tetr. 1, 53 M; Stesich. PMGF T A 8 (PMG 281a = Arist. rhet. 1393b 8 sqq., pp. 115 sq. Kass.); PMGF T A 10 (Conon. FGrHist 26 F 1, 42); Philist. FGrHist 556 F 6; Hor. epist. 1, 10, 34 sqq. (unde pendet, opinor, **T** 79 Th); Plut. Arat. 38, 9 sq.

EQVVS ET APER **Pρ** **4** petiit *Pithou* : petit **PR**^{v} **5** redit **PR**^{v}, *unde edidi* redît, *coll. 5, 22, 27; 5, 25, 6; app. 5, 12* : rediit *Pithou (‘i’ altera extenta proferendum, cf. Lachmann, 207; Havet, 224; uide etiam Müller, 107)* | laetus **PR**$^{?v}$, *del. Pithou* | iactis **PR**$^{?v}$, *del. Rigault 1617,* laetus *retento et relato ad* redît

V
[POETA]

Plus esse in uno saepe quam in turba boni
narratione posteris tradam ⟨haud⟩ breui.
Quidam decedens tres reliquit filias,
unam formosam et oculis uenantem uiros,
5 at alteram lanificam et frugi rusticam,
deuotam uino tertiam et turpissimam.
Harum autem matrem fecit heredem senex
sub condicione, totam ut fortunam tribus
aequaliter distribuat, sed tali modo:
10 "Ni data possideant aut fruantur; tum simul
habere res desierint quas acceperint,
centena matri conferant sestertia."
Athenas rumor implet, mater sedula
iuris peritos consulit; nemo expedit
15 quo pacto [si] non possideant quod fuerit datum,
fructumue capiant; deinde quae tulerint nihil
quanam ratione conferant pecuniam.
Postquam consumpta est temporis longi mora,
nec testamenti potuit sensus colligi,

P 4, 5, **R** 4, 5; ex u. **19** pendet fortasse Perotti Corn. 17, 8 *tam obscure loquitur ut nulla ex uerbis eius sententia colligi possit*; quod si uerum est, sequitur ut Perottus hanc narrationem in **λ** legerit (cf. Zago 2015, 104 sq.)

1 (cf. **48–49**) cf. Heraclit. B 49 DK; Democr. B 98 DK; Sen. epist. 7, 10; uide etiam Setaioli 1988, 107 sqq.; Tosi 2017, sub lemmate 1287 **3–47** cf. Oberg 1996, 157 sqq.

POETA **PR**[v] **2** *suppleui, nam haudquaquam breuis haec narratio est* : breui **Pρ** : graui *Gude* **10** tum **PR**[rv] : dum **r**, i. usquequo *supra* dum *scripto,* i. ut *supra* simul*; uersum aliter interpunxit Riese, astipulante Haveto, qui* "ni data possideant aut fruantur;" tum: "simul κτλ." *edidit* **11** habere **Pρ** : haberi **r** **12** conferant **Pρ** : conferunt **P**[c] | sestertia **ρ** : se tertia **P**[c]*, priore littera 't' in rasura ficta (quid primitus fuerit dispici nequit)* **15** si non **PR**[?v]*, corr. Pithou* **16** deinde **PR**[v]*;* uel de hiis **r** *in margine* **19** sensus **P** *et* **R** *ante corr. teste Gudio (fortasse etiam* **λ** sensus *exhibebat, cf. Zago 2015, 105)* : census **R** *post corr. teste Gudio ("inter lineas in ms. Remensi, eadem antiquissima manu,*

20 fidem aduocauit iure neglecto parens.
Seponit moechae uestem, mundum muliebrem,
lauationem argento et eunuchos glabros;
lanificae agellos, pecora, uillam, operarios,
boues, iumenta et instrumentum rusticum;
25 potrici plenam antiquis apothecam cadis,
domum politam et delicatos hortulos.
Sic destinata dare cum uellet singulis
et approbaret populus, qui illas nouerat,
Aesopus media subito in turba constitit:
30 "O si maneret condito sensus patri,
quam grauiter ferret quod uoluntatem suam
interpretari non potuissent Attici!"
Rogatus deinde soluit errorem omnium:
"Domum, [et] ornamenta cum uenustis hortulis
35 et uina uetera date lanificae rusticae;
uestem, uniones, pedisequos et cetera
illi assignate uitam quae potu trahit;
agros ⟨cum⟩ uilla et pecora cum pastoribus
donate moechae. Nulla poterit perpeti
40 ut moribus quid teneat alienum suis.

notatur: 'in alio codice fuit census*'"); perperam, ut uidetur,* census *codici* **R** *nondum correcto tribuit Vincentius (cf.* **R**ᵛ*)* **22** argento et *ego (Zago 2016a, 109 sqq.)* : argenteam **Pρ** | eunuchos· glabros **P**, *ita ut* glabros *substantiuum sit; etiam scriba codicis* **R** eunuchos *a* glabros *distinctione separauit* **24** *"in margine codicis* **R** *ad* instrumentum rusticum, *uelut scholion quoddam, antiqua manu, scriptum est* ut caccabum, cribrum, uallos et similia utensilia*" (Gude)* **29–49** *in* **R**, *ut uidetur (cf.* **ρ***), recte continuabantur praecedentibus uersibus, a quibus in* **P** *separantur praefixa inscriptione* AESOPVS **34** et **Pρ**, *del. Langen, 203 (cf. Zago 2016a, 107)* **37** potu *Shackleton Bailey, 452 sq.* : luxu **Pρ** **38** ⟨cum⟩ uilla et *Fröhlich apud Spengel, 723, coll. u.* **23** : utiles et **PR**[?v] : uites et *Pithou, metro labante (potius scripserim* ⟨et⟩ uites [et] : uitesque et *Langen, 199* : uites *ante* agros *traiecit Müller 1861, 424)* : ⟨et⟩ uillam et *Bentley (metro quadrat etiam* ⟨et⟩ uillam [et]*)* : uillamque et *Müller 1867; de* uill- *pro* util- *reponendo primus cogitauit Gudius, qui tamen* uillas et *coniecit, numeris inuitis et sensu repugnante (cf. u.* **23** uillam*)*

Deformis cultum uendet ut uinum paret;
agros abiciet moecha ut ornatum paret;
at illa gaudens pecore et lanae dedita
quacumque summa tradet luxuriae domum.
45 Sic nulla possidebit quod fuerit datum,
et dictam matri conferent pecuniam
ex pretio rerum quas uendiderint singulae."
Ita quod multorum fugit imprudentiam
unius hominis repperit sollertia.

41–42 uinum paret / ... ornatum paret *(***Pρ***) a uiris doctis quibus conuersio displicebat uarie frustraque temptatum (*u. petat / ... o. p. *Jo. Fred. Gronovius in epistula quadam ad Schefferum a. 1662 – uide Strömberg, 166 –,* u. impetret / ... o. paret *Gude,* u. bibat / ... o. p. *Bentley,* u. paret / ... o. gerat *Dressler,* u. paret / ... o. ferat *Postgate, alii alia scribi iusserunt), optime defendit Desbillonius, coll. Ter. Andr. 121 sq. atque Hor. serm. 2, 3, 215, quem uersum Phaedrus fortasse in mente habebat dum hos iambos pangit* **44** summae tradat luxoriae **PR**^v^, *corr. Pithou;* luxuriae, *quod caue pro genetiuo accipias, metonymice positum est pro 'luxuriosis'; Graevius in epistula quadam ad Heinsium a. 1665 (cf. Burman 1727a, IV, 362)* luxuriem *sine iusta causa coniecit, Harius* luxuriam et domum **PR**^v^ : demum **r** : domus *Graevius, ibidem* **46** et dictam **ρ** : edictam **PR**^?^ **47** ex **ρ** : et **P**

VI
[PVGNA MVRIVM ET MVSTELARVM]

Cum uicti mures mustelarum exercitu
(historia, quot sunt, in tabernis pingitur)
fugerent et artos circum trepidarent cauos,
aegre recepti, tamen euaserunt necem;
5 duces eorum, qui capitibus cornua
suis ligarant ut conspicuum in proelio
haberent signum quod sequerentur milites,
haesere in portis suntque capti ab hostibus;
quos immolatos uictor auidis dentibus
10 capacis alui mersit Tartareo specu.
Quemcumque populum tristis euentus premit,
periclitatur magnitudo principum,
minuta plebes facili praesidio latet.

P 4, 6, **R** 4, 6 /// **Y**[LP] (ex **T**?)

Cf. Aes. 239 C (174 H; 165 P); Babr. 31; Synt. 51 H; uide etiam P. Mich. inv. 6946 (Schibli 1983 et 1984; Lloyd-Jones, Suppl. supplementi Hell. 1190) **9–10** cf. Ou. Ibidis 385–387; hunc Phaedri locum imitatur Prud. cath. 7, 114 sq. **10** cf. Sen. Ag. 2

PVGNA MVRIVM ET MVSTELARVM **Pρ** **1** exercitu **Pρ** : exercitum *Bentley, cui displicebat abl. rei efficientis* **2** quot sunt *Postgate 1918, 95 sq.* : quorum **PR**[?rv]*; uersum damnauit Guyet* **13** plebis **PR**[v]*, corr. Pithou* : plebs **r**

VII
[PHAEDRVS]

Tu qui nasute scripta destringis mea,
et hoc iocorum legere fastidis genus,
parua libellum sustine patientia,
seueritatem frontis dum placo tuae
5 et in coturnis prodit Aesopus nouis:
"Vtinam ne⟨c⟩ umquam Pelii nemoris iugo
pinus bipenni concidisset Thessala,
nec ad professae mortis audacem uiam
fabricasset Argus opere Palladio ratem,
10 Inhospitalis prima quae Ponti sinus
patefecit in perniciem Graium et barbarum.
Namque et superbi luget Aeetae domus

P 4, 7, **R** 4, 7

6–16 cf. Eur. Med. 1 sqq.; Enn. trag. fr. CIII Joc. (fr. 89 Man.); Catull. 64, 1 sqq. **7** *pinus … Thessala* cf. Ou. her. 18, 158; Sen. Med. 336 **8** *audacem uiam* cf. Ou. art. 2, 22 **10** *Inhospitalis … Ponti* hoc est 'τοῦ Πόντου Ἀξείνου', cf. Diod. Sic. 4, 40, 4 (Dion. Scytobr. FGrHist 32, F 14); Strab. 7, 3, 6, p. 298, 28 sqq. C. = II, p. 258 Radt (Apollodor. FGrHist 244, F 157a); Sallust. hist. 3, fr. 67 M.; Ou. trist. 4, 4, 55 sqq.; Pomp. Mel. 1, 102; Plin. nat. 4, 76; 6, 1; ut patet ex uu. **18–19** lector nasutus uerba Aesopi male accipit pro 'inhospitalis … ponti sinibus', quasi iis significarentur in uniuersum 'sinus maris' (uide Zago 2016a, 113 adn. 2)

PHAEDRVS **R**sv : FEDRVS **P** **1** distringis **Pρ**, *corr. Rittershausen* **2** iocorum **Pρ** : iocosum *Nauck, 683, haud male;* *logorum *(de forma genetiui cf.* apologorum *et* dialogorum*) reponere non ausus sum (*hoc logorum … genus = λόγους Αἰσωπείους*; uide Theon. prog. p. 72, 28 – p. 73, 9 Sp. = pp. 30 sq. Pat.)* **3** parua **R**s**ρ** : par **P** **5** et **Pρ** : en *Meursius (distinctione posita post* tuae *u.* **4***)* | nouis *Pithou* : nobis **PR**v **6** ne⟨c⟩ *propter hiatum, qui apud Phaedrum ferri uix potest, coniecerunt Sirmondus dum confert* **R** *et Bongarsius, uterque suo Marte* : ne **PR**?rv | pelei **PR**r**ρ**, *corr. Salmasius* | nemoris iugo **PR**r**ρ** *(cf. 3, prol. 17; Catull. 64, 1* Peliaco … uertice*)* : ⟨in⟩ nemoris iugo *Heinsius apud Schefferum, fortasse recte (cf. Eur. Med. 3; Enn. trag. fr. CIII u. 208 Joc.); scripsissem* utinam ne Pelii umquam nemoris ⟨in⟩ iugo *ut Ennianum illud* utinam ne *(trag. fr. CIII u. 208 Joc.) seruarem, nisi clausula* nemoris in iugo *displicuisset* **12** Aeetae *Pithou* : Aetae **ρ** : aete **P**c *(ex* aetate*)*

et regna Peliae scelere Medeae iacent,
quae saeuum ingenium uariis inuoluens modis
15 illi⟨n⟩c per artus fratris explicuit fugam,
hic caede patris Peliadum infecit manus.”
    Quid tibi uidetur? “Hoc quoque insulsum est” ait
“falsoque dictum, longe quia uetustior
Aegaea Minos classe perdomuit freta.”
20 [iustoque uindicauit exemplo imperium]
    Quid ergo possum facere tibi, lector Cato,
si nec fabellae te iuuant nec fabulae?
Noli molestus esse omnino litteris,
maiorem exhibeant ne tibi molestiam.
25 Hoc illis dictum est [si] qui stultitia[m] nauseant
et ut putentur sapere cultum uituperant.

18–19 cf. Thuc. 1, 4

13 scelere **ρ** : scele **PR**^{g} *(cf. Gudii adn. ad 2, 5, 20 sqq.)* **15** illic **PR**^{r}**ρ**, *corr. Hartman, 118* | artus **Pρ** : astus **R**^{r} **16** patris **Pρ** : patria *Heinsius apud Burmannum, probante Haveto (“*patris *ferri nequit pro ‘patris earum’, cum* fratris *u.* **15** *sit ‘fratris sui’”)* | infecit **ρ** : interfecit **PR**^{g} **17** ait **PR**^{v} : ais *Pithou* **19** Aegea Minos **ρ** : aege aminos **P** : aegre aminos **P**^{c} **20** *hunc uersum ἄμετρον atque inutilem, qui iam Guieto suspectus fuit, deleui* | imperium **PR**$^{?rv}$: impetum *Pithou, quod alii accipiunt de ui atque incursionibus piratarum (cf. Thuc. 1, 4; 1, 8, 2), alii de iniuria Androgei filii occisi Minoi facta ab Atheniensibus (cf. Ou. met. 7, 456 sqq.); post* impetum *Hare lacunam unius uersus statuit, quam sic fere explendam putauit,* quem fecerant infesta praedonum manus*;* impium *pro* imperium *coniecit Chauvin (cf. Havetum), et ipse lacunam statuens (censebat Chauvin Phaedrum spectasse ad impium scelus interfectorum Androgei);* improbos *edidit, nihil excidisse ratus, Riese, coll. Thuc. 1, 8, 2* οἱ γὰρ ἐκ τῶν νήσων κακοῦργοι ἀνέστησαν ὑπ’ αὐτοῦ *(scil.* τοῦ Μίνω*); cf. etiam Sen. suas. 3, 1* at non potero uindicare adulteram*, ubi* adulteram, *siquidem sanum, positum est pro usitato ‘in adulteram’; in mentem fortasse cuipiam ueniet* impios **21** lector Cato *Pithou* : lecte reato **P** : lecte re‖llato, *littera* r *prius exarata, postea deleta,* **R** *fide Vincentii* **22** fabella **PR**^{v}, *corr. Pithou* | iuuant **P**^{c} : iubant **PR**^{v} **25** si **Pρ**, *del. Rigaltius et Bongarsius (nescio uter prior)* | stultitiam **PR**$^{?v}$, *corr. Rittershausen* : stulti **r** **26** cultum *ego (uide, sis, Zago 2016a, 112 sqq.; cf. ThlL, s. u.* colo*, 1692, 36 sqq.)* : caelum **Pρ** : nil non *Bentley* : scitum *Shackleton Bailey, 453*

VIII
[SERPENS AD FABRVM FERRARIVM]

Mordaciorem qui improbo dente appetit
hoc argumento se describi sentiat.
In officinam fabri uenit uipera;
haec cum temptaret si qua res esset cibi,
5 limam momordit. Illa contra contumax
“Quid me” inquit “stulta, dente captas laedere,
omne assueui ferrum quae corrodere?”

P 4, 8, **R** 4, 8 /// **T** 62 Th (**W**; **Ad**$^{\chi}$ **Fr**$^{\chi}$ **S F Wi**$^{\tau\sigma}$ **H**$^{\upsilon}$ **B Mn**; **L**^{ab} **Vi Mk Wi**$^{\tau\sigma}$ **E**)

Vide Aes. 117 C (95 H; 93 P) nec non Aes. 77 C (59 H; 59 P); cf. Synt. 5 H; uide etiam Hor. serm. 2, 1, 77 sq.

SERPENS AD FABRVM FERRARIVM **PR**^{v} **2** describi **P** : discribi **R**$^{?v}$

IX
[IN PERICVLVM SIMVL AC VENIT CALLIDVS VVLPIS ET CAPER]

Magnum in periclum simul ac uenit callidus,
reperire effugium quaerit alterius malo.
Cum decidisset uulpes in puteum inscia
et altiore clauderetur margine,
5 deuenit hircus sitiens in eundem locum.
Simus rogauit esset an dulcis liquor
et copiosus. Illa fraudem moliens:
“Descende, amice; tanta bonitas est aquae,
uoluptas ut satiari non possit mea.”
10 Immisit se barbatus. Tum uulpecula
euasit puteo nixa celsis cornibus,
hircumque clauso liquit haerentem uado.

P 4, 9, **R** 4, 9

Cf. Aes. 40 C (9 H; 9 P); Babr. fr. 15 Luzz.; Synt. 10 H; Tetr. 2, 15; 31a–b M

IN PERICVLVM SIMVL AC VENIT CALLIDVS VVLPIS ET CAPER **P** *nec non* **R**, *ut colligi potest ex* **R**^{grv} *(fortasse tamen in* **R** *titulus uerbis* VVLPIS ET CAPER *non quidem finiebatur sed incohabatur)* **1** *sic edidi coll. titulo, cuius prior pars, dico uerba* IN PERICVLVM SIMVL AC VENIT CALLIDVS, *hausta uidetur ex uersu senario de quo agimus nondum corrupto* : homo simul ac uenit in magnum periculum **PR**^{r}**ρ**, *contra metrum* : homo in periclum simul ac uenit callidus *Gude; sed ipse Phaedrus (2, 4, 13; 2, 8, 19) testatur* magnum *sanum esse; uocabulum autem* homo *sine damno abesse potest (cf. 1, 11, 1* uirtutis expers*; 1, 23, 1* repente liberalis*; 1, 24, 1* inops potentem*; 5, 8, 1* mordaciorem*)* **2** reperire effugium quaerit alterius *Bentley (cf. Sen. Phoen. 382; Herc. fur. 208)* : reperire *(*repp- **P***)* effugium alterius quaerit **PR**^{g} *(cf. quae Gudius adnotauit ad 1, 4, 4; 5, 6, 2)* : alterius repperire effugium quaerit **R**^{v} *(errore, opinor, qui tamen utri tribuendus sit, ipsine Vincentio an Bergero de Xivrey, incertum)* **6** simus *Housman, 258 sq.* : simul **Pρ**

X
[DE VITIIS HOMINVM]

Peras imposuit Iuppiter nobis duas:
propriis repletam uitiis post tergum dedit,
alienis ante pectus suspendit grauem.
Hac re uidere nostra mala non possumus;
5 alii simul delinquunt, censores sumus.

P 4, 10, **R** 4, 10

Aes. 304 C (229 H; 266 P); Aes. sent. 23 P; Babr. 66; Catull. 22, 20 sq.; Hor. serm. 2, 3, 298 sq.; uide Zago 2010 **5** cf. Cic. off. 1, 146

DE VITIIS HOMINVM **PR**[v]

XI
[FVR ET LVCERNA]

Lucernam fur accendit ex ara Iouis
ipsumque compilauit ad lumen suum;
onustus qui sacrilegio cum discederet,
repente uocem sanctam misit Religio:
5 "Malorum quamuis ista fuerint munera
mihique inuisa, ut non offendar surripi,
tamen, sceleste, spiritu culpam lues,
olim cum ascriptus uenerit poenae dies.
Sed ne ignis noster facinori praeluceat,
10 per quem uerendos excolit pietas deos,
ueto esse tale luminis commercium."
Itaque hodie nec lucernam de flamma deum
nec de lucerna fas est accendi sacram.
Quot res contineat hoc argumentum utiles
15 non explicabit alius quam qui repperit.
Significat primo saepe quos ipse alueris
tibi inueniri maxime contrarios;

P 4, 11, **R** 4, 11

5–6 dicit Religio eos qui templis aurum immittunt (uide Pers. 2, 62) et aras sanguine multo cruentant (uide Sen. ben. 1, 6, 3) θύειν καὶ ἀνατιθέναι ἀπὸ τῶν ἑαυτῶν ἀδικημάτων (cf. Plat. rempubl. 365e) neque effugere impietatem posse **8** (uide etiam **18–19**) cf. Plutarchi librum de sera numinis uindicta (praesertim 550c sqq.) **12–13** cf. Plut. Num. 9, 5 sq. **14–21** cf. Theon. prog. p. 75, 27 sqq. Sp. (p. 35 Pat.) γένοιντο δ' ἂν καὶ ἑνὸς μύθου πλείονες ἐπίλογοι, ἐξ ἑκάστου τῶν ἐν τῷ μύθῳ πραγμάτων τὰς ἀφορμὰς ἡμῶν λαμβανόντων

FVR ET LVCERNA **PR**[v] **3** *quod ad metrum attinet uide, sis, Havet, 202* **4** sanctam **PR**[gv] : sancta *Pithou, fortasse recte (cf. 1, 27, 6)* : ⟨hanc⟩ sancta *Cunningham (cf. 1, 12, 12; possis etiam* ⟨hanc⟩ sanctam*)* **5** munera *Pithou* : -re **PR**[v] **8** poenae *Pithou* : poena **PR**[?] *(*paena **R**[v]*)* **9** facinori **P** : -ris **ρ** **12** lucernam *Pithou* : -na **PR**[?v] **13** sacram *Shackleton Bailey, 453* : -um **Pρ** **14** quot *Pithou* : quod **PR**[?v]

19 secundo ostendit scelera non ira deum,
18 fatorum dicto sed puniri tempore;
20 nouissime interdicit ne cum malefico
usum bonus consociet ullius rei.

19 secundo **ρ** : -um **PR**$^{?}$ **18** *post* **19** *transposuit Pithou* | fatorum dicto **PR**^{v} *(cf. 3, 18, 10); de* fatis indicto *cogitaui*

XII
[MALAS ESSE DIVITIAS]

Opes inuisae merito sunt forti uiro,
quia diues arca ueram laudem intercipit.
Caelo receptus propter uirtutem Hercules,
cum gratulantes persalutasset deos,
5 ueniente Pluto, qui Fortunae est filius,
auertit oculos. Causam quaesiuit pater.
“Odi” inquit “illum quia malis amicus est
simulque obiecto cuncta corrumpit lucro.”

P 4, 12, **R** 4, 12

Cf. Aes. 131 C (113 H; 111 P); P. Ryl. 493, 3 H; uide, sis, Thiele 1906, 566 sqq. **3–4** huc fortasse respexit Alberti dum intercenalem Plutonem inscriptam componit **5** cf. Pausan. 9, 16, 1 sq.; cf. etiam statuam Τύχης Πλοῦτον παῖδα φερούσης Prusiade ad Hypium repertam, quae nunc Constantinopoli seruatur (Istanbul, Arch. Mus. inv. 4410; uide Traversari 1993)

MALAS ESSE DIVITIAS **PR**^{b} *(*HERCVLES ET PLVTO **ρ***)* **3** Hercules **P**^{c} : -lis **PR**$^{?v}$ **5** ueniente *Pithou* : uenienti **PR**$^{?v}$ | Pluto **Pρ** : Plutone **P**^{c} *(*ne *in exitu lineae ad* Pluto *litteris minoribus ascripto)*

XIII
[DE LEONE REGNANTE]

"Vtilius homini nihil est quam recte loqui."
Probanda cunctis est quidem sententia,
sed ad perniciem solet agi sinceritas.
Cum se ferarum regem fecisset leo
5 et aequitatis uellet famam consequi,
a pristina deflexit consuetudine
atque inter illas tenui contentus cibo
sancta incorrupta iura reddebat fide.
Postquam labare coepit paenitentia
*****

P 4, 13, **R** 4, 13 /// **T** 70 Th (**W**; **Ad**x **S F B Mn**; **L**ab **Vi Mk E**)

4–8 cf. Babr. 102 (unde Aes. 196 C)

DE LEONE REGNANTE **PR**v **1–3** *hos uersus Müller 1875, 18 ostendere conatus est promythium deperditae fabulae esse de hominibus fallaci et ueraci coram simiarum imperatore loquentibus, unde putabat pendere* **T** *78 Th, cuius uerba mox idem uir doctus in iambos reficturus fuit (Müller, 93 sq.; cf. Zander, 35 sqq.). Sed promythium illius fabulae prosariae, tantum libris e* **κ** *oriundis traditae, sententiis longe aliis quam quibus haec Phaedriana τριστιχία efficitur, et codice* **W** *probatur uersus de quibus agimus in* **α**, *unde* **T** *defluxit, promythium fuisse fabulae de leone regnante. Haec enim fabula (***T** *70 Th) in* **W** *ita incohatur:* et loqui poena est et tacere tormentum· proda *(procul dubio corruptum ex* probanda*)* autem est cunctis qui de hanc re sententiam sed sine paenitentiae solet agi sinceritas· cum se ferarum rege fecisset fortissimus leo et aequatis *(haud dubie ortum ex* aequitatis*)* fama consequi more regum uellet *eqs; cf. etiam Thiele 1910,* LX*: "diese drei Verse (scil. tres uersus senarii de quibus disputamus) passen …, wenn man will, auf die Affenkaiserfabel, aber ebensogut auf den ersten Teil der Fabel vom wilden Regiment des Löwen"* **1** homini nihil est **Pr** : nihil est homini **R**rv **4** regem **R**r**ρ κ** : rege **PR**? **W** **9** labare *Rittershusius et Bongarsius (uter prior incertum)* : lauare **PR**rv | *post u.* **9** *lacunam statuit Nevelet, 655, rectissime, cf. enim* **T** *70 Th, unde quae hic desunt intellegi possunt; nescimus tamen quam fideliter paraphrasta sit secutus atque imitatus Phaedri narrationem. Pithou lacunam statuerat post u.* **8** *et tribuerat u.* **9** *insequenti fragmento carminis*

XIV

*****
a fictione ueretri linguam mulieris;
affinitatem traxit inde obscenitas.

P 4, 13, **R** 4, 13

Cf. Aes. 323 C (228 H; 240 P); Hor. carm. 1, 16, 13–16

Praecedenti fragmento continuat **P** *(etiam in* **R** *haec duo fragmenta fabulam unam efficiebant, ut patet ex* **R**[r]*), separauit Nevelet, 655. Verbo* obscenitas *procul dubio carmen finiebatur. Ante u.* **1** *tale quid excidisse conicio quale est* Prometheus limo eodem formauit recens*; sed plura desunt. In deperdita narrationis parte, collata fabula insequenti hariolor Aesopum, ab aliquo rogatum ut explicaret originem* τῆς αἰσχροποιίας, *respondisse linguam mulieris a Prometheo formatam ex eodem limo ac penem, qui ideo illam ad se trahit, quia* τὸ ὅμοιον ἔρχεται πρὸς τὸ ὅμοιον. *Vox* obscenitas *a Phaedro metonymice posita pro* ueretrum *uidetur (cf. 1, 5, 11); uox* affinitatem *hoc loco accipienda est eodem sensu quo* affinitati *Apul. Plat. 1, 8, 197 (*sicut ignis aeri cognatione coniungitur, ita umor affinitati terrenae iugatur*);* traxit *perfectum esse opinor quod uocant gnomicum*

XV
[IDEM]

Rogauit alter tribadas et molles mares
quae ratio procreasset. Exposuit senex:
"Idem Prometheus, auctor uulgi fictilis
qui simul offendit ad fortunam frangitur,
5 naturae partes ueste quas celat pudor
cum separatim toto finxisset die,
aptare mox ut posset corporibus suis,
ad cenam est inuitatus [ut] subito a Libero;
ubi irrigatus multo uenas nectare
10 sero domum est reuersus titubanti pede.
Tum semisomno corde et errore ebrio
applicuit uirginale generi masculo
et masculina membra applicuit feminis.
Ita nunc libido prauo fruitur gaudio."

P 4, 14, **R** 4, 14

Hanc narratiunculam spectauit Mart. 14, 182 **8–9** cf. Verg. ecl. 6, 15; ad hos Phaedri uersus (et ad Verg. locum nunc nuper laudatum) respexit Nemes. ecl. 3, 61 sq.

IDEM **PR**[b]*; haec narratio cohaeret artissimo cogitationis uinculo cum deperditi carminis frustulo proxime praecedentis (cf. Weinreich, 44: "es liegt ein Gedichtpaar vor: im römischen Buch keine Seltenheit, seit Catull zu verfolgen"). Hanc fabulam nec* **ρ** *habet nec* **Δ**; *Vincentius, ut ex* **R**[bv] *colligi potest, praeter titulum descripsit ex* **R** *primum tantum uersum* **5** partis **P**; *de* **R** *nihil constat* uestae **PR**[g], *corr. Pithou* **8** inuitatus ut subito a liberto **P**, *corr. Pithou; de* **R** *nihil constat* **12** uirginali **PR**[?], *corr. Pithou*

XVI
[DE CAPREIS BARBATIS]

Barbam capellae cum impetrassent ab Ioue,
hirci maerentes indignari coeperunt
quod dignitatem feminae aequassent suam.
“Sinite” inquit “illas gloria uana frui
5 et usurpare uestri ornatum muneris,
pares cum non sint uestrae fortitudini.”
Hoc argumentum monet ut sustineas tibi
habitu esse similes qui sint uirtute impares.

P 4, 15, **R** 4, 15

Vide Tosi 2017, sub lemmate 272; adde Lucian. Eun. 9 (cf. anth. Pal. 11, 430)

DE CAPREIS BARBATIS **P**[c] *(ex* CAREIS*)* **R**[v] **6** cum *causali significatione scripsi* : dum **PR**[r]**ρ** : cum *temporali significatione Rank, 42, qui etiam* dum non sunt *(*non sint **PR**[r]**ρ***) coniecit; haec est, puto, Iouis ratiocinatio: ‘debetis ideo sinere illas gloria uana frui, quia pares non sunt uobis fortitudine’* | fortitudini *Rittershausen* : -ne **R**[?bv] : -nis **PR**[r]*, quod tueri minime possunt loci scriptorum aeui sequioris quales Cassian. inst. 5, 12, 2* se … parem uirtutis eorum … probauerit*; coll. 24, 8, 5*

XVII
[DE FORTVNIS HOMINVM]

Cum de fortunis quidam quereretur suis,
Aesopus finxit consolandi ⟨hoc⟩ gratia.
"Vexata saeuis nauis tempestatibus
inter uectorum lacrimas et mortis metum,
5 faciem ad serenam ⟨ut⟩ subito mutatur dies,
ferri secundis tuta coepit flatibus
nimiaque nautas hilaritate extollere.
Factus periclis tum gubernator σοφός:
'Parce gaudere oportet et sensim queri,
10 totam quia uitam miscet dolor et gaudium.'"

P 4, 16, **R** 4, 16

Cf. Aes. 309 C (80 H; 78 P); uide etiam Plat. Phaedo. 60 b–c; Aes. 23 C (13 H; 13 P); Tetr. 2, 9 M; Tosi 2017, sub lemmatibus 2173 et 2240 **1–2**; **9** (*sensim queri*); **10** cf. Plut. mor. 474a–b τῶν ἀνθρωπίνων καθαρὸν οὐδὲν οὐδ᾽ ἀμιγές ... καὶ τῶν πραγμάτων ἀντιστοιχίας ἐχόντων, ἐπεὶ κατὰ τὸν Εὐριπίδην (Aeoli fr. 21, 3 sq. Kann.) "οὐκ ἂν γένοιτο χωρὶς ἐσθλὰ καὶ κακά, / ἀλλ᾽ ἔστι τις σύγκρασις, ὥστ᾽ ἔχειν καλῶς", οὐ δεῖ τοῖς ἑτέροις ἐξαθυμεῖν οὐδ᾽ ἀπαγορεύειν, ἀλλ᾽ ὥσπερ ἁρμονικοὺς ἀμβλύνοντας ἀεὶ τοῖς κρείττοσι τὰ χείρονα καὶ τὰ φαῦλα τοῖς χρηστοῖς ἐμπεριλαμβάνοντας ἐμμελὲς τὸ τοῦ βίου μῖγμα ποιεῖν καὶ οἰκεῖον αὑτοῖς

DE FORTVNIS HOMINVM **PR**^{v} **2** finxit consolandi ⟨hoc⟩ gratia *Bentley* : finxit consulandi gratia **PR** *(ut colligi potest ex* **ρ** *et* **R**^{v}*)* : finxit hoc solandi gratia *Guyet* : dixit consolandi gratia *Buchner apud Freinshemium (cf. 3, 18, 5)* **3** tempestatibus u *(sic)* **P** *(*u *ortum puto ex* ut *per compendium scripto; uide adnotata ad u.* **5***)* : tempestatibus **ρ** **5** ⟨ut⟩ subito mutatur dies *Heinsius apud Burmannum* : subito mutatur dies **Pρ** : subito ⟨ut⟩ mutatur dies *Bongarsius et Gudius, uterque suo Marte (Gudius coniecit etiam* subito mutato die*); opinor* ut *scribam* **δ** *prius omisisse, deinde in margine ascripsisse per compendium* ū, *quod librarius codicis* **P** *male intellexit et in alienum locum transtulit (hac ratione, puto, orta est lectio* tempestatibus u, *uide ad u.* **3***)* **7** nautas **Pρ** : nautae se *Heinsius apud Burmannum* **8** periclis *Orelli* : periculosis **PR**$^{?rv}$: periculo **r** : periclo *Rittershusius et Bongarsius (incertum uter prior)* | sophos **R**$^{?r}$: sophus **Pρ** **10** quia *Pithou* : quae **P** : -que **R**$^{?}$: quod *Riese* : quis *Havet (cf. etiam Havet 1900, 303 sqq.)*

XVIII
[CANES LEGATOS AD IOVEM]

Canes legatos olim misere ad Iouem,
[melioris uitae tempus oratum suae]
ut[i] sese abriperet hominum contumeliis,
furfuribus sibi conspersum quod panem dare⟨n⟩t
5 fimoque turpi maxime explerent famem.
Profecti sunt legati non celeri pede.
⟨***⟩
Dum naribus scrutantur escam in stercore,
citati non respondent. Vix tandem inuenit
eos Mercurius et turbatos attrahit.
10 Tum uero uultum magni ut uiderunt Iouis,
totam timentes concacarunt regiam.
Propulsi uerbis fustibus uadunt foras,
[uetat dimitti magnus illos Iuppiter]
⟨***⟩
⟨***⟩
mirari sibi legatos non reuertier.
15 Turpe aestimantes aliquid commissum a suis,
post aliquod tempus alios ascribi iubent.

P 4, 17, **R** 4, 17

Cf. Aes. 263 C (196 H; 185 P) | Ad Phaedri narrationem respexit Mart. 12, 77

CANES LEGATOS AD IOVEM **PR**^{v} **2** *hunc uersum, Guieto suspectum, deleui (Zago 2016a, 117)* **3** ut[i] sese *Heinsius apud Burmannum (cf. Zago 2016a, 117 adn. 5)* : uti sese **PR**^{b} *(etiam Gudius* sese *codici* **R** *tribuit; nihil tamen testatur de uocula priore)* : uti se **ρ**, *Rigault 1617, fortasse recte (cf. Zago, ibidem)* | abriperet **PR**^{vb} : ariperet **R**^{g}, *unde Gudius eruit* eriperet, *in quo editores multi acquieuerunt* **4** daret **PR**^{v}, *corr. Pithou* **5** maxime *Müller 1867* : -mam **Pρ** *post u.* **6** *lacunam unius uersus statui, sic fere explendam,* Tonantis tecta adueniunt, admitti rogant. *(cf. Zago 2016a, 116 sq.)* **12** uerbis *scripsi (Zago 2016a, 117 sqq.), coll. Vlpian. 1 off. proc. (dig. 1, 16, 9, 3)* : uero **Pρ** **13** *post hunc iambum, quem deleui, duos uersus puto excidisse, quales* nec prae pudore facti redeunt ad suos. / Canes mandata qui illis dederant coeperunt *(cf. Zago 2016a, 114 sqq.)* **14** reuertier **Pρ** : reuerti **P**^{c} **15** aliquid *Pithou* : aliquod **PR**^{v} **16** adscribi **Pρ** : adsciri **R**^{g}

Rumor legatos superiores prodidit;
timentes rursus aliquid ne simile accidat,
odore canibus anum, sed multo, replent.
20 Man⟨data⟩ dant⟨ur⟩; illi mittuntur statim;
adsunt; rogantes aditum continuo impetrant.
Consedit genitor tum deorum maximus
quassatque fulmen; tremere coepere omnia.
Canes confusi, subito quod fuerat fragor,
25 repente odorem mixtum cum merdis cacant.
Di clamant omnes uindicandam iniuriam.
Sic est locutus ante poenam Iuppiter:
"Non est legatos regis non dimittere,
nec est difficile poenas culpae imponere:
31 non ueto dimitti, uerum cruciari fame,
32 ne uentrem continere non possint suum.
30 En hoc feretis pro munditia praemium.
Illi autem qui miserunt uos tam futtiles
numquam carebunt hominis contumelia."
*****

23–25 *tremere ... omnia ... repente* cf. Verg. Aen. 3, 90

19 *de* canibus *et* sed *cf. Zago 2016a, 119 adnn. 2 sq.* **20** man⟨data⟩ dant⟨ur⟩ *Heinsius apud Burmannum* : mandant **PR**[v] | illi mittuntur *scripsi (Zago 2016a, 120 sq.)* : dimittuntur **PR**[v] **21** adsunt *scripsi (Zago 2016a, 119 sq.)* : adeunt **Pρ** **24** confusi, subito *Gudius et Schefferus (incertum uter prior)* : confusus subito **Pρ**; *Gudius coniecit etiam* confusi, subitus, *coll. Verg. Aen. 2, 692* **25** odorem mixtum **ρ**, *quod in textum recepi coll. Priap. 69, 4, de quo uersu uide Housman 1931, 405* : odorem mixto **PR**[?] : odore[m] mixto *Postgate 1918a, 267 sq.,* cacant *intransitiue positum opinatus, fortasse recte* **26** di clamant *Burman 1718* : reclamant **Pρ** **31** *uersus iniuria temptatus (uide, sis, Zago 2016a, 122 sq.)* **30** *post* **32** *transposuit Rigault 1617 (cf. Zago 2016a, 121 sq.); in* **δ** *ordo erat* **30**, **31**, **32**, *ut patet ex* **P** *et* **R**[v] | en *scripsi (Zago 2016a, 122), coll. 4, 6, 38* : sed **PR**[v] | munditia *ego (apparet enim ex* praemium *Iouem hic ironice loqui)* : iudicio **Pρ** : immunditia *Hare* : ludibrio *Gow* **34** hominis contumelia **Pρ** : hominum contumelia *Scheffer* : hominum contumeliis *Bothe 1803 (cf. u.* **3***)* | *post* **34** *lacunam indicauit Speyer (uide etiam Shackleton Bailey, 454, nec non Zago 2016a, 116)*

35 Ita nunc legatos exspectantes posteri
*****
nouum uenire cum uidet culum olfacit.

35 expectantes posteri **R**[v] : expectantes posteros **P** : quisque expectans posterum *Bentley* | *post* **35** *unum uersum excidisse monuit Hare (cf. etiam Bentley: "reponas …* quisque expectans posterum / nouum uenire cum *eqs. Sed forte uersus hinc excidit"); haud tamen scio an plura non desint* **36** nouum **P** : nouumque **ρ**, *quod si reciperetur* uenire *(***Pρ***) in* adire *mutandum; si putas nihil ante u.* **36** *intercidisse repone* ita nunc legatos opperiuntur posteri / nouumque adire qui *(Rigault 1617* : cum **PR**[v]*)* uidet culum olfacit*; caue scribas* nouum ⟨et⟩ uenire *(sic Cunningham), nam Phaedro anastrophe coniunctionis 'et' displicebat (cf. Zwierlein, 188)*

XIX
[SERPENS. MISERICORDIA NOCIVA]

Qui fert malis auxilium, post tempus dolet.
Gelu rigentem quidam colubram sustulit
sinuque fouit, contra se ipse misericors;
namque, ut refecta est, necuit hominem protinus.
5 Hanc alia cum rogaret causam facinoris,
respondit: “Ne quis discat prodesse improbis.”

P 4, 18, **R** 4, 18 /// **T** 13 Th (**W**; **Ad**^{x} **Fr**^{x} **S F B Mn**; **L**^{ab} **Vi Mk Wi**^{r} **E**)

Cf. Aes. 82 C (62 et 186 H; 176 P); Babr. 143; Tab. cer. Assend. 10 (Hesseling 1892–1893, 311); Tetr. 1, 17 M; Synt. 25 H; uide etiam Theogn. 602; Cic. har. resp. 50; Petron. 77, 2; Adrados–van Dijk 2003, 85–88; 246; Tosi 2017, sub lemmate 344

SERPENS MISERICORDIA NOCIVA **PR**^{v} *(quam inscriptionem ortam esse ex* S. MISERICORDI N. *coniecit Riese)* **4** necuit *Pithou* : nocuit **PR**^{grv} *(cf. inscriptionem; uoces ab eo quod est* noceo *occurrebant etiam in* **T***)* **5** rogaret **PR**^{r} : rogasset **ρ** **6** discat **PR**^{r} : dicat **ρ**

XX
[VVLPIS ET DRACO]

Vulpes cubile fodiens dum terram eruit
agitque plures altius cuniculos,
peruenit ad draconis speluncam intimam,
custodiebat qui thesauros abditos.
5 Hunc simul aspexit: "Oro ut imprudentiae
des primum ueniam; deinde si pulchre uides
quam non conueniens aurum sit uitae meae,
respondeas clementer: quem fructum capis
hoc ex labore, quodue tantum est praemium
10 ut careas somno et aeuum in tenebris exigas?"
"Nullum" inquit ille, "uerum hoc a summo mihi
Ioue attributum est." "Ergo nec sumis tibi
nec ulli donas quicquam?" "Sic fatis placet."
"Nolo irascaris, libere si dixero:
15 dis est iratis natus qui est similis tibi."
Abiturus illuc quo priores abierunt,
quid mente caeca miserum torques spiritum?
Tibi dico, auare, gaudium heredis tui,

P 4, 19, **R** 4, 19, **N** 18

Cf. Hor. serm. 1, 1, 36–119; 2, 3, 82–157; Mart. 12, 53; Iuu. 14, 107 sqq.; compara etiam personam Euclionis in Aulularia Plauti **15** cf. Hor. serm. 2, 3, 8; uide Tosi 2017, sub lemmate 1937

VVLPIS ET DRACO **PR**[v] : IN AVARVM **N** *(*CONTRA AVAROS ET NIMIS ⸤PARCOS HO⸥MINES FABELLA **N** *in indice, l. red. ex indice codicis* **V***)* **1–15** *post* **26** *collocantur in* **N***; post* **26** *(id est ante* **1***)* **N** *exhibet τὸν ἄμετρον uersum* fabellae nostrae parum aures accommoda, *quem puto Perottum de suo inseruisse (cf. Zago 2015, 89)* **2** plures **Pρ** : pluris **N** **3** intimam **N** *(cf. 5, 2, 7)* : ultimam **Pρ** **8** capis **Pρ** : ṛapis **N** *(*rapis **N**[obid] : capis **V** *felici, opinor, errore)* **9** quodue tantum **Pρ VN**[i] *(*quod{ **N***)* : quod uentum **R**[?] : quodue tanti *Schoppe* | est **Pρ VN**[i] *(scriptura euanuit in* **N***), del. Bentley* **11** uerum hoc a summo **P**[c] *(ex* uerum hoc sommo*)* **ρ** : uerum hoc ab summo **N**[i] *(*uẹṛum hoc ab s{ **N** : utrum hoc ab summo **V***)* **12** sumis **Pρ** : summis **V** *(prorsus euanidus* **N***)* **15** dis **Pρ** : diis **N** | tibi **Pρ N**[id] : tui **V** *(legi nequit* **N***)* | *post* **15** IN AVARVM *instar tituli* **P** *exhibet et* **R** *(cf.* **R**[v]*) praebebat* **16** illuc **Pρ** *sicut* **N**[i] *(sed* illic **V***; prorsus euanidus* **N***)*

qui ture superos, ipsum te fraudas cibo,
20 qui tristis audis musicum citharae sonum,
quem tibiarum macerat iucunditas,
obsoniorum pretia cui gemitum exprimunt,
qui dum quadrantes aggeras patrimonio
caelum fatigas sordido periurio,
25 qui circumcidis omnem impensam funeris,
Libitina ne quid de tuo faciat lucri.

20–21 auari tristes ac morosi sunt, et sonum ex collisione nummorum libentius quam citharam tibiasque audiunt, nam ὁ πλοῦτος περιχυθεὶς καὶ κρατήσας, ὥσπερ ἡ παρ’ Ἡσιόδῳ γυνή (op. 705) “εὕει ἄτερ δαλοῖο καὶ ὠμῷ γήραϊ δῶκεν,” ὥσπερ ῥυτίδας ἀώρους ἢ πολιὰς ἐπαγαγὼν τῇ ψυχῇ τὰς φροντίδας ἐκ τῆς φιλαργυρίας καὶ τὰς ἀσχολίας, ὑφ’ ὧν μαραίνεται τὸ γαῦρον καὶ τὸ φιλότιμον καὶ τὸ φιλάνθρωπον (Plut. mor. 526f–527a) **23–24** sensus est ‘dum quadrantibus beatior fias non dubitas peierare’, cf. Mart. 10, 82; Iuu. 14, 218 sq.

22 gemitum **Pρ** : gemitus **N** **23** quadrantes aggeras patrimonio **Pρ** : quadrante augeas patrimonia **N** **25** funeris **Pρ** : funeri **N** **26** Libitina ne **R**^{r} **N** : Libetina ne **R**^{v} : libet inane **PR**$^{?}$ | lucri **N** : lucrum **PR**^{r}**ρ**

XXI
[PHAEDRVS]

Quo iudicare cogitat Liuor modo?
Licet dissimulet, pulchre tamen intellego.
Quicquid putabit esse dignum memoria,
Aesopi dicet; si quid minus arriserit,
5 a me contendet fictum quouis pignore.
Quem uolo refelli iam nunc responso meo:
siue hoc ineptum siue laudandum est opus,
inuenit ille, nostra perfecit manus.
Sed exsequamur coepti propositum ordinem.

P 4, 20, **R** 4, 20, **M** 11 (uide Zago 2015, 77 sq.), **N** 41

1 *Liuor* cf. quae adnotaui ad 3 prol. 60 **5** cf. Catull. 44, 4

PHAEDRVS **PR**^{v} : MVLTVM SEMPER INVIDIAE INTER HOMINES ESSE **N** *(*M. S. I. HOMINVM PECTORA OCCVPARE **N** *in indice); inscriptio deest in* **M** **1** *et* **3** *(omisso u.* **2***) sic reficti sunt in* **N**, heu quantus est semper mortalium liuor; / sunt qui quicquid putant dignum memoria | quo **M** : quid **PR**^{r}**ρ** | iudicare **PR**^{r}**ρ** : iudicari **M** | cogitat *Stowasser (cf. Zago 2015, 77 sq.)* : cogitur **PR**$^{s?r}$**ρ** **M** : cogitet *Pithou* : cogitas *Havet, coll. 5, 7, 17, ubi traditum* tibi ... ait **2** intellego **PR**^{v} : intellige **M** **3** putabit **Pρ** : putauit **M***; num* putarit*?* memoria λ *(cf. 4 prol. 19)* : memoriae **P** *(ubi* -rie*)* **R**^{g}**ρ** **4** *an* si⟨n⟩*?* **9** *exhibent* **P** *ac* **M** *et praebebat* **R***; deest in* **N** | coepti *Johnson* : coeptum **Pρ M**

XXII
[DE SIMONIDE]

Homo doctus in se semper diuitias habet.
Simonides, qui scripsit egregium melos,
quo paupertatem sustineret facilius,
circum ire coepit urbes Asiae nobiles,
5 mercede accepta laudes uictorum canens.
Hoc genere quaestus postquam locuples factus est,
redire in patriam uoluit cursu pelagi⟨o⟩;
erat autem, ut aiunt, natus in Cea insula.
Ascendit nauem; quam tempestas horrida
10 simul et uetustas medio dissoluit mari.
Hi zonas, illi res pretiosas colligunt,
subsidium uitae. Quidam curiosior:

P 4, 21, **R** 4, 21, **M** 14 (cf. Zago 2015, 80–82), **N** 3

Similia narrantur de Aristippo, cf. Giannantoni, Socr. et Socratic. rel. IV A 50 (Aristipp. fr. 9 Mann.). De hoc Phaedri carmine optime disputauit Oates 1932, 4–5 adn. 9: "it is obvious that Phaedrus composed this story using, on the one hand, the motif of the escape from shipwreck connected with Simonides [cf. anth. Pal. 7, 77; 516 = Page, Furth. Gr. Epigr. LXXXIV–LXXXV; Cic. diu. 1, 56; Val. Max. 1, 7, ext. 3], and on the other, the story of his poverty and his writing poetry for money [cf. Aristoph. Pac. 695–699; uide Poltera 2008, T 74–77]". Cum Phaedri narratione contulerim etiam Simonid. fr. 22 W^{2}, quod Livrea 2006, recte, mea quidem sententia, interpretatus est de Simonidis iam aetate prouecti et φόρτον ferentis Μουσέων κόσμον ἰοστεφάνων reditu ad insulam natiuam Ceum optato **1**; **14**; **26–27** cf. Cic. parad. 8; Val. Max. 7, 2, ext. 3; Sen. const. 5, 6; epist. 9, 18

DE SIMONIDE **PR**^{v} **N** : D⌊E SIMONIDE⌋ POETA ET QVOD HOMO VIR⌊TVTE ET D⌋OCTRINA PRAEDITVS OMNIA SVA ⌊SECVM⌋ HABET **N** *in indice, l. red. ex indice codicis* **V** **1** *post* **27**^{a} *exhibet* **M**, *om.* **N** **4** nobiles **Pρ V** *(scriptura euan. in* **N***)* : -lis **M** **5** laudes uictorum **M** : laudem uictorum **Pρ N**^{i} : laudes uirorum **V** *(legi nequit* **N***)* **6** factus **MVN**^{i} *(scriptura euan. in* **N***)* : factum **PR**$^{?v}$ **7** redire **λ** : uenire **Pρ** | pelagi **PR**^{v} **MV** *(legi nequit* **N***), corr. Bongarsius et (suo ipsius Marte) Rigaltius 1617* **8** *hunc uersum exhibent* **P** *ac* **M** *et praebebat* **R** *(cf.* **R**^{v}*), om.* **N** | ut aiunt natus **M** : natus ut aiunt **Pρ** | cea insula **M** : schia insula **P** : Chia insula **R**^{sv} **10** simul et uetustas **Pρ** : simulque uetustas **M** : simul uetustas **N**

"Simonide, tu ex opibus nil sumis tuis?"
"Mecum" inquit "mea sunt cuncta." Tunc pauci enatant,
15 quia plures onere degrauati perierunt.
Praedones adsunt, rapiunt quod quisque extulit,
nudos relinquunt. Forte Clazomenae prope
antiqua fuit urbs, quam petierunt naufragi.
Hic litterarum quidam studio deditus,
20 Simonidis qui saepe uersus legerat
eratque absentis admirator maximus,
sermone ab ipso cognitum cupidissime
ad se recepit; ueste, nummis, familia
hominem exornauit. Ceteri tabulam suam
25 portant, rogantes uictum. Quos casu obuios
Simonides ut uidit, "Dixi" inquit "mea
27 mecum esse cuncta; uos quod rapuistis perît."
27[a] [Stude ergo frater et uirtuti impende operam.]

24–25 cf. Hor. art. 20 sq.; Pers. 1, 88–90; Iuu. 14, 301 sq. (uide Courtney 2013, 519)

13 Simonide tu ex opibus nihil sumis tuis **Pρ** *(*nihil *in* nil *corr. Ursin)* : Simonide ex opibus tu nihil sumis istis **M** : Simonide inquit tu nihil ex{ **N** : S. i. t. n. ex istos sumis **V** *(*S. i. t. n. ex istis sumis **N**[i]*)* **14** tunc **Pρ** *(cf. Zago 2015, 81)* : tum **λ** **15** perierunt **MN**[id] *(*periere **V** : p̣ẹṛịẹ{ **N** : perier{ **N**[o]*)* : perierant **Pρ** **17** nudos relinquunt **ρ N** : nudo relinquunt **P** : nudos derelinquunt **M** **18** antiqua fuit urbs **ρ N** : nati qua fuit urbs **PR**[?] : antiqua fuit ciuitas **M** **20** uersus **ρ λ** : uerus **PR**[?] **22** sermone ab ipso **Pρ** : sermone ipso **λ** **23** recepit **Pρ** : receptum **λ**, *haud male (cf. Zago 2015, 81)* **25** portant **ρ λ** : poriant **P** *(ut uidetur)* **R**[?] *(*portant *uel* poriant **R**[s]*)* : porrigunt **P**[c] obuios **λ** : obuius **Pρ** **26** dixi **ρ λ** : dixit **PR**[?] **27** perit **Pρ** : periit **λ** **27**[a] *hunc ἄμετρον uersum, quem* **M** *post* **27** *exhibet et Perottum, exarantem* **N**, *consulto omisisse censeo (uide, sis, Zago 2015, 81 sq.), nec* **P** *praebet nec* **R** *uidetur habuisse. Quem uersum excipit, in* **M**, *iambus* homo doctus in se semper diuitias habet, *unde in* **P** *et* **R** *carmen de quo agimus incohatur. Verba codice* **M** *tradita sic in metrum redegerim,* stude ergo frater uirtuti operam impendere. *Huic carmini in* **M** *adicitur nullo spatio interposito 5, 23*

XXIII
[MONS PARTVRIENS]

Mons parturibat, gemitus immanes ciens,
eratque in terris maxima exspectatio.
At ille murem peperit. Hoc scriptum est tibi,
qui magna cum minaris, extricas nihil.

P 4, 22, **R** 4, 22, **M** 15 (cf. Zago 2015, 82) /// **T** 31 Th (**W Fr**$^{\iota}$; **Fr**$^{\chi}$ **S F B Mn**; **L**^{ab} **Vi Mk Wi**$^{\tau}$ **E**)

Cf. Theopomp. FGrHist 115 F 106–108; Hor. art. 139; uide Tosi 2017, sub lemmatibus 2297 sq. **4** huc respexisse opinor Gualt. Angl. 25, 7 (*saepe minus faciunt homines qui magna minantur*), nam librorum qui ex **T** defluxerunt nullus paraphrasin exhibet huius Phaedri epimythii; ceteros carminis uersus Gualterius finxit e **T** 31 Th

Hoc carmen praecedenti subiungitur in **M** *sine ullo spatio uel titulo* | MONS PARTVRIENS **Pρ** **1** parturibat **P** : parturiebat **ρ M** **2** expectatio **ρ M** : expectatio· quod ille *(litteris* i *et* e *postea additis, ut uidetur)* pareret **P** **3** est **Pρ**, *om.* **M** **4** cum minaris **Pρ** : comminaris **M**, *haud male (uide, sis, Zago 2015, 82), sed cf. Gualt. Angl. 25, 7* minantur*; Hor. serm. 2, 3, 9; epist. 1, 8, 3. Huic uersui in* **M** *continuo adnectitur 3, 8, 1, ubi uide adnotata*

XXIV
[FORMICA ET MVSCA]

[Nihil agere quod non prosit fabella indicat.]
Formica et musca contendebant acriter,
quae pluris esset. Musca sic coepit prior:
"Conferre nostris tu potes te laudibus?
5 Vbi immolatur, exta praegusto deum;
moror inter aras, templa perlustro omnia;
in capite regis sedeo cum uisum est mihi,
et matronarum casta delibo oscula.
Laboro nihil atque optimis rebus fruor.
⟨***⟩
10 Quid horum simile tibi contingit, rustica?"
"Est gloriosus sane conuictus deum,
sed illi qui inuitatur, non qui inuisus est.
Reges commemoras et matronarum oscula?
Ego granum in hiemem cum studiose congero,

P 4, 23, **R** 4, 23, **M** 5 (cf. Zago 2015, 67 sqq.), **N** 16 /// **T** 46 Th (**Ad**$^{\chi}$ **Fr**$^{\chi}$ **S F Wi**$^{\sigma}$ **B Mn**; **L**^{ab} **Vi Mk E**)

Cf. Aes. 243; 336 C (114 H; 112 P); Babr. 140; Auian. 34; uide Adrados–van Dijk 2003, 146 sqq. **4–10** cf. Lucian. musc. enc. 4; 8

FORMICA ET MVSCA **P**^{c}**ρ** : FORMICA ET MVS **P** : NEMINEM DEBERE SE EXORNARE FALSIS LAVDIBVS **N**; *titulus deest in* **M** **1** *hic uersus, quem ex 3, 17, 13 interpolator nescioquis inferserat et* **δ** *exhibebat (cf.* **PR**^{v}*), deest in* **MN***; eum damnauit Rigault 1617* **4** conferre **ρ λ** : conferri **PR**$^{?}$ **6** *ante* **5** *posuit Müller 1875, 28; idem uir doctus* omnia *et* deum *(u.* **5***) inter se commutari iussit, ut esset* templa perlustro deum / … exta praegusto omnia *post u.* **9** *senarium excidisse credo ad quem respiceret u.* **18** *(cf. Lucian. musc. enc. 4; 6; 9; 12; uide Zago 2015, 69); lacunam post* **8** *statuerat Hartman, 119, probante Rank, 43 sqq.* **11** sane **Pρ** : plane **λ**, *fortasse recte* **13–18** *traditum uersuum ordinem, quem omnes fere editores impugnauerunt, retinendum puto (cf. Iannelli, 58 sqq. adn. 8; Zago 2015, 69), cum formica minime censenda sit respondisse ad singula muscae eodem ordine; Rigaltius uersus sic transposuit, 16, 13, 18, 17, 14, 15; aliter alii (cf. Havetum, ad locum)* **14** granum **Pρ λ** : grana *Postgate apud Gow, fortasse recte*

15 te circa murum pasci uideo stercore.
Aras frequentas? Nempe abigeris cum uenis.
Nihil laboras? Ideo, cum opus est, nihil habes.
Super etiam iactas tegere quod debet pudor.
Aestate me lacessis; cum bruma siles.
20 Mori contractam cum te cogunt frigora,
me copiosa recipit incolumem domus.
Satis profecto rettudi superbiam."
Fabella talis hominum discernit notas,
eorum qui se falsis ornant laudibus,
25 et quorum uirtus exhibet solidum decus.

15 circa murum **Pρ λ** *(formica, quae ruri uitam agit ideoque u.* **10** *rustica appellatur, uidet muscam stercore pasci circa oppidi moenia; Phaedrum formicam muscamque prope ab oppidi cuiusdam muro confabulantes inducere uoluisse opinatur Rank, 45)* : circum rura *Bentley (cf. Wagner, 457)* | pasci uideo **λ** : uideo pasci **Pρ**, *fortasse recte* **16** abigeris **Pρ χ** : abieris **λ** | quom *Scheffer* : quo **Pρ λ** **17** ideo cum *(*quum **R***)* opus est nihil **P** *et* **R** *(cf.* **ρ** *et* **R**^{v}*)* : ideo quod cum opus est nihil **M**^{c} *(*nihil *ex* lnihil, *ut uidetur)* : ideoque nihil **N** **18** debet **λ** : debes **PR**$^{?v}$ **19** cum bruma siles *Postgate* : cum *(*quum **R***)* bruma est siles **P** *et* **R** *(cf.* **ρ** *et* **R**^{v}*)* : cur bruma siles **λ** **22** rettudi **PR**$^{?}$: rettrudi **R**^{v} : retudi **MVN**^{i} *(*}ḍị **N***)* **23–25** *praebet* **P** *et exhibebat* **R** *(cf.* **ρ***), om.* **M** *et* **N** *(ubi tamen cf. titulum)*

XXV
[POETA]

Quantum ualerent inter homines litterae
dixi superius; quantus nunc illis honos
a superis sit tributus tradam memoriae.
Simonides idem ille de quo rettuli,
5 uictori laudem cuidam pyctae ut scriberet
certo conduxit pretio, secretum petît.
Exigua cum frenaret materia impetum,
usus poeta, ut moris, est licentia

P 4, 24, **R** 4, 24, **N** 55

Cf. Callim. aet. fr. 64, 10 sqq. Hard. (fr. 163, 10 sqq. Mass.; Callim. fr. 64, 10 sqq. Pf.); Cic. de or. 2, 351 sqq.; Val. Max. 1, 8, ext. 7; Quint. inst. 11, 2, 11 sqq.; uide Simonid. PMG 510; Poltera 2008, T 80 **1–3** cf. Theocr. 16, 19 θεοὶ τιμῶσιν ἀοιδούς (uide Gow 1952, ad locum)

POETA **PR**^{v} : QVANTVM MOMENTI HABEAT PIETAS ET RELIGIO DIVINA **N** **1–3** *exhibet* **P** *et praebebat* **R** *(cf.* **ρ***), om.* **N** **3** tradam **ρ** : et tradam **P** **4** idem ille **Pρ** : ille supra **N** **5** uictori **N**, *ubi scriptura paene euanuit sed legi potest* : uictoris **PR**^{r}**ρ** | laudem **PR**^{r}**ρ** : laudes **N** | pyctae *Rigault* : pictae **PR**^{srv} : picte **V** *(*}cte **N** : pyctae **N**^{i} : pictae **N**^{d}*)* **6** conduxit **PR**$^{?v}$ **VN**^{id} *(*ç̣ọṇd{ **N***), in textum dubitanter recipio, incertum enim an 'conduxit ut scriberet laudem' poni possit pro 'laudem scribendam suscepit', quo sensu Latinius diceretur 'laudem scribendam conduxit' (uide ThlL, s. u.* conduco*, 160, 76 sqq.)* : conductus *Bentley, fortasse recte (cf. ThlL, s. ead. u., 160, 16–18)* | petit **P N** : petiit **ρ** **8** *ita Ursin* : usus poetae moris est licentia **PR** *(cf.* **R**^{b}, **ρ**, **R**^{v}*)* : us˪us˩ po˪etae more˩ et licentia est **N**, *l. red. ex* **VN**^{obi} : usus poeta moris est licentia *(id est 'usus est poeta licentia more concessa') hariolatus est Rittershusius, haud paucis plaudentibus, quorum tamen nemo hoc mirum genus loquendi exemplis comprobauit* : usus poetae ut moris est licentia *Rigaltius, quod multis placuit (uereor tamen, coll. locis quales Cic. de or. 2, 352; 3, 153, Ou. am. 3, 12, 41, Quint. inst. 11, 2, 11, Seru. ad Aen. 1, 15, ut in tali uerborum comprehensione singulare* poetae*, siue cum* ut moris *iunctum siue cum* licentia*, recte poni possit pro plurali. Fuerunt qui uersum qualem Rigaltius edidit ita intellegerent quasi* poetae *ad Simonidem ipsum referretur; sed 'Simonides, ut poetae moris erat, usus est licentia' idem ualere ac 'Simonides, more suo, usus est licentia' nequit). E lectione codicis* **N** *Burmannus 1727 coniecit* usus poetae more est et licentia *(uel* usus poeta more est et licentia*); equidem mallem, si* more *retinendum,* poetico usus more est et licentia*; sed puto Perottum* more *de suo*

atque interposuit gemina Ledae sidera,
10 auctoritatem similis referens gloriae.
Opus approbauit; sed mercedis tertiam
accepit partem. Cum reliquas posceret,
“Illi” inquit “reddent quorum sunt laudis duae.
Verum ut ne irate te dimissum sentiant,
15 ad cenam mihi promitte; cognatos uolo
hodie inuitare, quorum es in numero mihi.”
Fraudatus quamuis et dolens iniuria,
ne male commissam gratiam corrumperet,
promisit. Rediit hora dicta, recubuit.
20 Splendebat hilare poculis conuiuium,
magno apparatu laeta resonabat domus,
repente duo cum iuuenes, sparsi puluere,
sudore multo diffluentes corpora,
humanam supra formam, cuidam seruolo
25 mandant ut ad se prouocet Simonidem:
illius interesse ne faciat moram.

intulisse; corruptelam qua hic uersus laborat sic ortam esse opinor, poeta ut > poeta et > poetae **10** auctoritatem **Pρ** : auctores aptae **N** *(*a. apte **V**, *haud male)* **11** approbauit **P**^{c} *(ubi* adpr-*)* **N** : adprobabit **PR**^{v} **12** reliquas *(quadrisyllabum) Gude* : reliquum **N** : reliquam **PR**$^{?v}$ **13** laudis *Scheffer (subaudi* partes*)* : laudes **PR**^{r}**ρ** : partes **N**, *quod ex interpretamento ortum uidetur* **14** ut ne **PR**^{gv} : ut sine **N** | irate te **PR**^{sv} : ira te **N** | sentiant **N** : sentiam **Pρ** : sentias *Scheffer* **15** mihi promitte **Pρ** : mecum ueni **N** **18** commissam *Jo. Fred. Gronovius apud Schefferum, coll. Hor. epist. 1, 3, 31 sq. (*male sarta / gratia nequiquam coit et rescinditur*)* : dimissam **Pρ N***; quamquam apud poetas Latinos participium perfecti haud raro pleonastice ponitur (cf. Prop. 2, 24b, 47; [Ou.] nuc. 156; uide Hofmann–Szantyr, p. 797; Courtney ad Iuu. 8, 145) ideoque iniuria Muellerus 1861, 425, mihi uidetur censuisse tradita ob tautologiam intolerabilia,* dimissam *tamen suspectum est propter praecedens* dimissum *(u.* **14***)* **19** rediit **PR**^{v} : redit **N** **20** poculis **Pρ** : populis **N** **21** *om.* **N**, *praebet* **P** *et exhibebat* **R** *(cf.* **R**^{v}*)* **22** duo cum **N** : cum duo **Pρ** **23–24** *ita distinguenda sunt uerba (de constructione quam uulgo uocant accusatiuum Graecanicum cf. 5, 15, 9); post* diffluentes *subdistinctione posita, Muellerus* corpora *ad* iuuenes *appositum putauit; eodem quo Muellerus modo iam interpunxerat Schefferus, qui tamen* corpora *(***Pρ V***; legi nequit* **N***) in* corpore *mutauerat* **25** prouocet **VN**^{i} *(scriptura euanuit in* **N***)* : prouocent **PR**$^{?v}$ **26**, **28**, **27** *Pithou* : **26**, **27**, **28** **P** *et* **R** *(ut colligi potest ex* **ρ** *et* **R**^{v}*)* : **27**, *omissis* **26** *et* **28**, **N**

28 Homo perturbatus excitat Simonidem;
27 unum promorat uix pedem triclinio,
ruina camarae subito oppressit ceteros,
30 nec ulli iuuenes sunt reperti ad ianuam.
Vt est uulgatus ordo narratae rei
omnes scierunt numinum praesentiam
uati dedisse uitam mercedis loco.

27 promo⸤rat⸥ **N**, *l. red. ex* **N**^id^ : promouerat **PR**^?v^ : *an* ⟨ut⟩ promorat*?* **29** camarae **P** *et* **ρ** *(ubi* camerae*)* : domus **N** **31** narratae **Pρ N**^i^ *(*nar{ **N**^d^ : ṇ{ **N***)* : uariate **V** **32** scierunt **Pρ** : dixerunt **N** | numinum **P**^c^ **VN**^id^ *(*num{ **N***)* : nominum **PR**^v^

XXVI
[CALVVS ET QVIDAM PILIS DEFECTVS]

Inuenit caluus forte in triuio pectinem.
Accessit alter aeque defectus pilis.
“Eia!” inquit “⟨in⟩ commune quodcumque est lucri!”
Ostendit ille praedam et adiecit simul:
5 “Superum uoluntas fauit, sed fato inuido
carbonem, ut aiunt, pro thesauro inuenimus.”
Quem spes delusit, huic querela conuenit.

P 4, 34, **R** 4, 34

Cf. Corp. paroem. Graec. I, p. 459, XII; II, p. 50, LXXXVIII; Mart. 14, 25 **6** cf. Tosi 2017, sub lemmate 1086

5, 26 – 5, 30 post epilogum libri IV **P** *exhibet et praebebat* **R** *(cf.* **ρ** *et* **R**^{v}*)* CALVVS ET QVIDAM PILIS DEFECTVS **PR**^{v} **3** *suppl. Jo. Fred. Gronovius 1649, 242, coll. Sen. epist. 119, 1* **7** huic querela **ρ** *(sed* huic querelae **R**^{b}*;* huic querella *edidit Pithou)* : huic querele **P** : haec querela *Rittershausen* : hoc querelae *Quicherat*

XXVII
[PROCAX TIBICEN]

Vbi uanus animus aura captus friuola
arripuit insolentem sibi fiduciam,
facile ad derisum [et] stulta leuitas ducitur.
Princeps tibicen notior paulo fuit,
5 operam Bathyllo solitus in scaena dare.
Is forte ludis, non satis memini quibus,
dum pegma rapitur, concidit casu graui
necopinus et sinistram fregit tibiam,
duas cum dextras maluisset perdere.
10 Inter manus sublatus et multum gemens
domum refertur. Aliquot menses transeunt,
ad sanitatem dum uenit curatio.
Vt spectatorum mos est (est lepidum genus),
desiderari coepit cuius flatibus
15 solebat excitari saltantis uigor.
Erat facturus ludos quidam nobilis,

P 4, 35, **R** 4, 35

Cf. Aes. 267 C (193 H; 182 P) **1** cf. Tosi 2017, sub lemmate 1291 **4** *Princeps tibicen* cf. CIL XI 4424; uide Buecheler 1882, 332 sq.; Schneider 1996 **13–27** dum hos pangit uersus Phaedrus in mente uidetur habuisse Hor. carm. 4, 5 (cf. Henderson 2001, 115)

PROCAX TIBICEN **PR**^{v} **2** arripuit **ρ** : abripuit **P** **3** et **PR**^{v}, *del. Pithou* **5** scaena *Pithou* : chena **PR**^{v} **8** necopinus et *Nevelet, 657 (cf. Zago 2016a, 108)* : nec opia sed **PR**^{g} *(atqui* ne copia et *Vincentius in* **R** *uidetur dispexisse, ut colligi potest ex* **ρ** *et* **R**^{v}*)* : nec opinans et *Pithou* **11** aliquot … transeunt **ρ** : aliquod … transent **P** **13** *ita interpunxi* | est *(alterum) ego* : et **Pρ** *(possis etiam* sunt, *coll. Ou. art. 1, 645 sq.)* | lepidum **Pρ** *(Phaedrus, opinor, spectatores lepidum nuncupat genus quia lepida diligunt spectacula)* : tepidum *Labate, uiua uoce (*tepidum genus = *genus facile tepescens uel aegre calescens, quod ne Bathyllus quidem posset delectare absque flatibus Principis). Sunt qui hunc iambum arbitrentur nulla egere medela et* lepidum genus *censeant ad Principem referri, sumentes* et *pro 'etiam'; equidem uereor ut* lepidum genus *recte de uno tibicine dicatur*

et incipiebat rursus Princeps [abduci] ingredi;
⟨quem⟩ [a se re] ducit pretio precibus ut tantummodo
ipso ludorum ostenderet sese die.
20 Qui simul aduenit, rumor de tibicine
fremit in theatro: quidam affirmant mortuum,
quidam in conspectum proditurum sine mora.
Aulaeo misso, deuolutis tonitribus,
di sunt locuti more translaticio.
25 Tunc chorus ignotum mo⟨do⟩ reducto canticum
insonuit, cuius haec fuit sententia:
"Laetare, incolumis Roma, saluo principe."
In plausus consurrectum est. Iactat basia
tibicen; gratulari fautores putat.
30 Equester ordo stultum errorem intellegit
magnoque risu canticum repeti iubet.
Iteratur illud. Homo meus se in pulpito
totum prosternit. Plaudit illudens eques;

18 cf. Ter. Eun. 1055 **27** cf. Suet. Cal. 6, 1 (Versus populares in Tiberium et Germanicum, 6 Bl.); Hist. Aug. Alex. Seu. 57, 5 **28** cf. Petron. 60, 7

17–18 *sic edidi (uide Zago 2016a, 118 sq. adn. 4, ubi tamen pro* reum *reposui* rursum, *quod nusquam apud nostrum reperitur; de structura orationis cf. 4, 4, 1 sq.)* : et incipiebat princeps abduci reum ingredi a se reducit pretio pretibus ut tantummodo **P** : et incipiebat Princeps abduci reum ingredi a se reduci pretio precibus ut tantummodo **R**, *ut apparet ex* **ρ** *et* **R**^{v} *(sed cf.* **R**^{g} ingredi a se abduci, **R**^{b} ingredi a se reducit*)* : et incipiebat rursum Princeps ingredi. / Adducit *eqs Quicherat* : *plena distinctione post* nobilis *(u.* **16***) posita,* ut incipiebat ingredi Princeps, eum / adducit *eqs Müller 1867 coniecit, plaudente Önnerfors, 441 sq. (atqui perraro Phaedrus post quintum pedem interpungit ita ut ultima uox trahatur ad sequentia)* : ut rursus incipiebat Princeps ingredi, / adducit *eqs Müller* : *etiam de* et cum incipiebat rursus Princeps [abduci] ingredi / [a se] perducit *eqs cogitaui,* reum *ortum putans ex* rursus *(aut* rursum*) ac* cum *loco suo auulsis et male conglutinatis (*rursuscum > rurcum > rureum > reum*); de* perducit *uide, sis, quae Postgatius ad hunc locum perdifficilem adnotauit; sed illo* quem *inserto sententia magis perspicua euadit. Alii alia improbabiliora; nullum certum remedium* **19** ostenderet sese **Pρ** : sese monstraret *Nauck, 694 (cf. Zago 2016a, 110 adn. 2)* **21** fremit **ρ** : fremet **P** **25** mo⟨do⟩ reducto *Gude* : mo‖reducto **P**^{c} *(*-icto **P***)* : more ducto **R**$^{?v}$ **26** insonuit *Freinsheim* : inposuit **P** *nec non* **ρ** *(ubi* imp-*)* **29** putat **Pρ** : putans *Walch 1751*

rogari populus huic coronam existimat.
35 Vt uero cuneis notuit res omnibus,
Princeps, ligato crure niuea fascia,
niueisque tunicis, niueis etiam calceis,
superbiens honore[m uidit] diuinae domus,
ab uniuersis capite est protrusus foras.

35–39 cf. Rhet. ad Herenn. 4, 60; Lucian. adu. indoct. 9

34 rogari … huic *Shackleton Bailey, 454 sq.* : rogare … hunc **Pρ** : rogare … huic *Festa, 268* | coronam **Pρ** : coronas *Festa, ibidem* | existimat *Pithou* : estimat **P** : aestimat **R**[v], *Festa* **38** honorem uidit **PR**[v], *corr. Meursius et (apud Neveletum, 657) Gruterus, incerto uter prior* **39** protrusus **ρ** : protusus **P**

XXVIII
[TEMPVS]

Cursu uolucri pendens in nouacula,
caluus, comosa fronte, nudo corpore,
quem si occuparis, teneas (elapsum semel
non ipse possit Iuppiter reprehendere),
5 occasionem rerum significat breuem.
Effectus impediret ne segnis mora,
finxere antiqui talem effigiem Temporis.

P 4, 36, **R** 4, 36

Cf. Posidipp. 142 Aust.-Bast. (app. Plan. 275); Auson. epigr. 12 Green; Callistr. stat. 6; Himer. or. 13, 1 Col. (ecl. 14, 1); Tztetz. epist. 70; uide Thiele 1906, 577 sqq.; Mattiacci 2011 et 2011a

TEMPVS **PR**^{v}

XXIX
[TAVRVS ET VITVLVS]

Angusto in aditu taurus luctans cornibus
cum uix intrare posset ad praesepia,
monstrabat uitulus quo se pacto flecteret.
“Tace!” inquit “ante hoc noui quam tu natus es.”
5 Qui doctiorem emendat sibi dici putet.

P 4, 37, **R** 4, 37 /// **T** 98 Th (**W Fr**[ι]; **L**[ab] **Vi Mk**)

Cf. Tosi 2017, sub lemmate 573

TAVRVS ET VITVLVS **Pρ** **3** flecteret, *quod coniecerunt Rittershusius et Bongarsius, incerto uter prior, iam in* **o** *exstabat* : plecteret **Pρ ι** **4** quam tu natus es *Pithou* : quam natus es **P** : quam natus esses **R**[?v] : quam natus ⟦esses⟧ **r** : quam tu natus esses **T** : tu quam natus es *Postgate apud Gow*

XXX
[CANIS ET SERVVS ET VENATOR]

Aduersus omnes fortis et uelox feras
canis cum domino semper fecisset satis,
languere coepit annis ingrauantibus.
Aliquando obiectus hispidi pugnae suis,
5 arripuit aurem; sed cariosis dentibus
praedam dimisit. Hic tunc uenator dolens
canem obiurgabat, latrans cui contra senex:
"Non te destituit animus, sed uires meae.
Quod fuimus lauda, s⟨i⟩ iam damnas quod sumus."
10 Hoc cur, Philete, scripserim pulchre uides.

P 4, 38, **R** 4, 38 /// **T** 33 Th (**W**; **Ad**^{x} **Fr**^{x} **S F Wi**$^{\sigma}$ **B Mn**; **L**^{ab} **Vi Mk E**)

Canis fortis senectuti Phaedrus comparat suam, cf. Enn. ann. 522 sq. Sk. (Cic. sen. 14); uide etiam Ibyc. PMG (= PMGF) 287; Hor. epist. 1, 1, 1 sqq. (praesertim 8 sq.)

CANIS ET SERVVS ET VENATOR **P** *(*SERVVS *corruptum ex* SVS *recte animaduertit Orellius)* : CANIS ET SERVVS VENATOR **R**^{v} **1** fortis et uelox *Heinsius apud Schefferum* : fortes et ueloces **PR**^{v} *(*f. e. ualoces – *sic* – **R**$^{?}$*)* : fortis [et] ueloces *Pithou* **2** canis cum domino *exhibebat* **T**, *coniecit Pithou* : canis dum domino **P** *et* **R**, *ut colligi potest ex* **ρ** *ac* **R**^{v} *(uide tamen* **R**$^{?}$, *ubi* tum*)* **7** latrans cui contra senex *Cunningham (cf. Bernardi Perini, 38 sqq.)* : cui senex contra latrans **Pρ** : cui senex contra Lacon *Bentley, quaesitius quam uerius* **9** lauda, s⟨i⟩ iam *Gude* : laudas iam **P** *(ubi post* laudas *interpunctum)* **R**^{gr}**ρ** : laudas, ⟨si⟩ iam *Havet; nihil boni erui potest ex* **T**, *ubi exstabat* laudasti quod fuimus, iam *(*etiam **W***)* damnas quod sumus **10** Philete, scripserim *Rigault 1617* : file tescripserim **R**^{v} : filite· scripserim **P** : fili descripserim **r** *(ad hunc locum Rigaltius 1617 adnotat:* "Philete scripserim ... *scribitur in* **R**, *sed recentiore manu superlitum* Fili descripserim"*)* PHAEDRI AVG(VSTI) LIBERTI LIBER QVINTVS EXPLICIT FELICITER **R**^{v}, *om.* **P**

APPENDIX PEROTTINA

I
[AVARVM ETIAM QVOD SIBI SVPEREST NON LIBENTER DARE]

Vulpem rogabat partem caudae simius,
contegere honeste posset ut nudas nates;
cui sic maligna: “Longior fiat licet,
tamen illam citius per lutum et spinas traham,

N 1; **ζ** quoque hanc fabulam uidetur exhibuisse (cf. Zago 2016, 28) /// **T** 67 Th (**W Fr**$^{\iota}$; **Ad**$^{\chi}$ **S F H**$^{\upsilon}$ **B Mn**; **L**^{ab} **Vi Mk E**)

Cf. Archil. 185–187 W^{2}; Aes. 38 C (83 H; 81 P); 41 C (17 H; 17 P). Vide Adrados–van Dijk 2003, 110 sqq.

5 partem tibi quam quamuis paruam impertiar.”

5 partem tibi quam quamuis paruam impertiar *scripsi duce Postgatio, qui tamen traditum* impartiar *seruauit (ad* impartiar *tuendum Havetus attulit 2, 5, 15, ubi edidit* conspargere*, pro quo* conspergere*, puto, editum oportuit, ut monui in Indice orthographico, s. u.;* impertiar *primus reposuerat Iannellius, dum hariolatur* quam paruam quamuis partem impertiar tibi*, metro inuito)* : quam tibi impartiar paruam quamuis ⟦bonum⟧ pạ˻rtem˼ **N**, *l. red. ex* **VN**[1] *(at Dorvillius, codice* **N** *inspecto,* particulam *coniecit)* : quam quamuis paruam tibi particulam impertiar *Riese, IX* : quam tibi particulam quamuis paruam impartiar *Havet; cetera praetereo seu metro repugnantia seu longius recedentia a lectione codicis. Olim e* bonum *(***N** *ante corr.) studui aliquid frugi eruere et de scribendo* tibi quam ultro quamuis paruam partem impertiar *cogitaui (quod ad monosyllabum attinet in secundo semipede ante disyllabam uocem elisum,* tĭbĭ *praeeunte, uide 1, 29, 8* tibi me esse*). Sed nunc nolo in coniectando inconsultius agere, quia sciri nequit uocemne* bonum *Perottus, antequam deleuit se ipse corrigens, e* **λ** *exscripserit an oscitanter inferserit de suo. Pace Korzeniewski, 431 adn. 1, metro minime respuitur uocula* partem *primum pedem explens,* tĭbī *sequente. Cf. enim* sero domum est *(pronuntiandum ‘sero domumst’), unde incohatur 5, 15, 10* | *Ad epimythium restituendum, Müller, 98, ἄμετρον inscriptionem codice* **N** *traditam refinxit in iambum* auarus et quod superest non donat libens*, quocum conferri potest epimythium quod in* **ι** *exstabat, i. e.* haec fabula increpat qui non dat quod sibi superhabundat. *Havetus, opinatus Phaedrum pugnaciore stilo epimythium exarasse, hos fecit uersus,* auare, te nunc fabula ⟨Aesopi⟩ increpat / etiam tibi quod superest qui non das libens*, ex epimythio quale in* **χ** *legebatur (*locuples et auare, te nunc increpat haec fabula, qui non das quod tibi superat*); cf. etiam epimythium quod in* **ε** *uidetur fuisse (*locuples et auare, te increpat haec fabula, quia non das quod tibi superat*). Malim* auare diues *(uide inscriptionem quae in* **ι** *narrationi praefigebatur, dico* DE DIVITE ET AVARO*, nec non Ou. am. 3, 7, 50)* te fabella haec increpat, / etiam tibi quod superest qui non das libens*, uel* a. d. t. f. h. i. / qui non libenter id das quod superest tibi *(de monosyllabo semipedem octauum efficiente post duos semipedes utrumque monosyllabo expletum cf. e. g. 4 prol. 17* mihi parta laus est quod tu, quod similes tui*). Alia epimythia alii excogitauerunt, uelut* locuples auare, te fabella haec admonet, / qui non das id libenter quod superest tibi *(Cassitto)*

II
[DE HIS QVI LEGVNT LIBELLVM]

Hoc qualecumque est Musa quod ludit mea,
nequitia pariter laudat et frugalitas,
sed haec simpliciter, illa tacite irascitur.
* * * * *

N 2

1 cf. Catull. 1, 8–10; Ou. am. 3, 1, 27 **2** cf. Cic. Tusc. 3, 16–18 **3** cf. Publil. I, 19, qui iambus sic editur uulgo, *inuidia tacite sed inimice irascitur*, haud scio an recte

D⌊E HIS QVI LIBRVM IV⌋DICẠNT **N** *in indice, l. red. ex indice codicis* **V** **1** ludit **N** : lusit *Nauck 1888, 322* **3** tacite *Cassitto* : tacita **N** | *Post u.* **3** *lacunam statui, nam hi tres iambi integrum efficere carmen per se uix possunt; eos opinor fuisse exordium deperditi prologi libri quinti uel potius eiusdem libri epilogi, qui aeque ac prologus desideratur. Aliter sensit Muellerus, qui, p. 85 (XXXI), hos iambos epilogum fabulae deperditae libri quinti fuisse existimauit. Proxime ad uerum accesserat Iannellius, cuius sententia (p. 187) hi uersiculi ad longiorem epilogum uel prologum facillime pertinebant*

III
[NON ESSE PLVS AEQVO PETENDVM]

Arbitrio si Natura finxisset meo
genus mortale, longe foret instructius.
Nam cuncta nobis attribuisset commoda
quae cuique indulgens Fortuna animali dedit,
5 elephanti uires et leonis impetum,
cornicis aeuum, gloriam tauri trucis,
equi uelocis placidam mansuetudinem;
[et] adesset homini sua tamen sollertia.
Nimirum in caelo secum ridet Iuppiter,
10 haec qui negauit magno consilio hominibus,
ne sceptrum mundi raperet nostra audacia.
Ergo contenti munere inuicti Iouis
fatalis annos decurramus temporis,
nec plus conemur quam sinit mortalitas.

M 4 (cf. Zago 2015, 67), **N** 4

Cf. Aes. 57 C (311 P); Sen. ben. 2, 29; uide Crusium 1884 (praesertim pp. 603 sqq.); Thiele 1906, 570 sq.; uide etiam quae ad 3, 18 ipse attuli | Ad hoc carmen respexerunt Al. Neq. nou. Aes. 40 (uide, sis, Zago 2015, 98 sq. adn. 3) et Abst. 1, 87 (uide Zago 2015, 97–99) **1–2** cf. Sen. Oed. 882 sq. **8** cf. Manil. 1, 95 **9–10** respexit, opinor, Auian. 8, 11 **11** cf. Hor. carm. 1, 3, 25 sqq.; Sen. Herc. fur. 65

Inscriptio deest in **M** **1** finxisset **M^c^VN^oi^** *(in* **N** *nunc nihil cernitur)* : fuisset finxisset **M** **2** longe foret **N^oi^** *(*lọnġẹ{.....} **N** : longe feret **V***)* : longe fuisset **M** **3** attribuisset **N** : tribuisset **M** **4** quae cuique indulgens Fortuna animali dedit *Stowasser (pace Muelleri 1875a, elisionem uocalis ultimae palimbacchiaci uerbi* Fortuna *ante quartam arsin tolerari censeo posse, coll. app. 21, 7* errore haesisset diu*)* : quaecumque fortuna indulgens animali dedit **λ** *(cf. Zago 2015, 67)* : quaecumque indulgens Fortuna animali dedit *Iannelli* : quae cui Fortuna indulgens animali dedit *Müller 1875a* : quae cuique Fors indulgens animali dedit *Hartman, 120. Ad* cuique *firmandum attulerim Al. Neq. nou. Aes. 40, 19 sq.* cuique dedit Natura suum doctissima morem / quo placet **6** cornicis aeuum *D'Orville (cf. app. 24, 7)* : corpus in aeuum **λ** (*cf. Zago 2015, 67)* | gloriam **λ** *(sc. 'gloriationem', ut uidit Iannelli 1811); quae coniecerunt uiri docti (*cornua et *Müller 1875a* : robora et *Riese, IX* : duritiam *Stowasser, contra metrum* : spiritum *Havet) minime necessaria sunt* **8** et *metri causa deleui (cf. Zago 2015, 67; 2016a, 107 adn. 1)* : et [ad]esset *Müller* : at [ad]esset *Havet (cuius uide pp. 160 sq.)* **14** quam **N** : quae **M**

IV
[DE EODEM ALIA FABELLA]

Mercurium hospitio contubernales duae
illiberali et sordido receperant;
quarum una in cunis paruum habebat filium,
quaestus placebat alteri meretricius.
5 Ergo ut referret gratiam officiis parem,
abiturus et iam limen excedens ait:
"Deum uidetis; tribuam uobis protinus
quod quaeque optarit." Mater suppliciter rogat
barbatum ut uideat natum quam primum suum;
10 moecha ut sequatur sese quicquid tetigerit.
Volat Mercurius, intro redeunt mulieres.
Barbatus infans, ecce, uagitus ciet.
Id forte dum meretrix ridet ualidius,
nares repleuit umor, ut fieri solet.
15 Emungere igitur se uolens prendit manu
traxitque ad terram nasi longitudinem,

M 3 (cf. Zago 2015, 65–67), **N** 5

Cf. Ou. met. 8, 611 sqq. **2** cf. Cic. off. 1, 150

Inscriptio deest in **M** **1** contubernales duae *Havet* : mulieres duae λ *(cf. Zago 2015, 65)* : mulieres ⟨olim⟩ duae *Cassitto* : mulieres ⟨quondam⟩ duae *Iannelli* : mulieres ⟨uiduae⟩ duae *Chauvin apud Havetum* **11** intro **N** : intus **M** **13** id forte dum merētrix ridet ualidius *scripsi, coll. Bibac. fr. 4 Bl.* merētrix*, Hor. epist. 1, 18, 3* merētrici*, Verg. Aen. 6, 171* sed tum, forte … dum personat *(de quo Verg. uersu cf. Horsfall 2013, II, 178), Phaedr. 5, 27, 6 init.* is forte *(uide, sis, Zago 2015, 66, ubi conieci etiam* id dum merētrix forte ridet ualidius*)* : is etiam quod dum moeretrix uidet ualidius **M** : id cum forte meretrix ridet ualidius **N** : id⟨eo⟩ quum forte meretrix ridet ualidius *Cassitto* : ⟨ob⟩ id quum forte meretrix ridet ualidius *uel* id forte meretrix quum rid⟨er⟩et ualidius *Iannelli* : id quum meretrix forte ridet ualidius *ed. Stut.* : id cum porte⟨ntum⟩ meretrix ridet ualidius *Fröhlich apud Spengel, 724, astipulante Haveto, qui tamen* dum *pro* cum *edidit, propius ad uerum accedens* : id quoniam forte meretrix ridet ualidius *Spengel, 724* : id cum rid⟨er⟩et forte meretrix ualidius *Müller* : id meretrix forte cum rid⟨er⟩et ualidius *Ellis, 35. Possis etiam* eum dum forte meretrix ridet ualidius, *coll. u.* **17** *et, de homoeoteleuto, u.* **9** *atque app. 14, 21 (ubi uide adn. meam)*

et alium ridens ipsa ridenda exstitit.
Ambae gemuerunt quod sibi exoptauerant.

17 et **λ** : sic *Müller* : ita *Nauck, 697* | alium **λ** *(cf. Zago 2015, 65), def. Nauck, ibidem (cf. etiam Boldrini 1988, 95–96 adn. 17)* : aliam *Burman apud Eichstadium* | ridens **UVN**[oi] *(legi nequit* **N***)* : uidens **M** | ridenda **N** : uidenda **M**
18 *exhibet* **M**, *om.* **N***; ipse festinantius damnaueram (Zago 2015, 67)*

V
[DE VERITATE ET MENDACIO]

Olim Prometheus saeculi figulus noui
cura subtili Veritatem fecerat,
ut iura posset inter homines reddere.
Subito accersitus nuntio magni Iouis
5 commendat officinam fallaci Dolo,
in disciplinam nuper quem receperat.
Hic studio accensus, facie simulacrum pari,
una statura, simile et membris omnibus,
dum tempus habuit callida finxit manu.
10 Quod prope iam totum mire cum positum foret,
lutum ad faciendos illi defecit pedes.
Redît magister, quo festinante⟨r⟩ Dolus
metu turbatus in suo sedit loco.
Mirans Prometheus tantam similitudinem
15 propriae uideri uoluit artis gloriam;
igitur fornaci pariter duo signa intulit,
quibus percoctis atque infuso spiritu
modesto gressu sancta incessit Veritas,
at trunca species haesit in uestigio.
20 Tunc falsa imago atque operis furtiui labor
mendacium appellatum est, quod negantibus

uu. 1–22 = **N** 7; uu. 23–24 = **N** 10

De Prometheo uide, sis, quae adnotaui ad 5, 14–15 **2** cf. Manil. 3, 43 *subtili … cura* **19** Phaedrus imitatus est, opinor, Ou. am. 3, 7, 15, cf. Zago 2020 **21–24** cf. Tosi 2017, sub lemmatibus 359, 360, 361

MENDATIO **N** *(-*CIO *in indice)* **1** figulus noui *Iannelli* : noui figulus **N** **2** c⌊u⌋ṛa **N**, *l. red. ex* **VN**^{o} (creta **N**^{i}, *uix recte)* **7** h⌊ic⌋ **N**, *l. red. ex* **VN**^{i} *(*hoc **N**^{o}, *uix recte)* **12** redit **N**, *unde* redît *edidi, duce Iannellio (cf. 5, 4, 5)* : rediit *Cassitto* | festinante⟨r⟩ *Bothe* **15** *“uoluit ut omnes … uiderent quantum artificium suum alteri praestaret” (Iannelli 1811)* **21** negantibus **V** *(*ṇẹgạ{ **N** : negạt{ **N**^{i} : mihi **N**^{o}, *uix recte)*

pedes habere facile ⟨et⟩ ipse assentio.
Simulata interdum initio prosunt hominibus,
sed tempore ipso tamen apparet ueritas.

22 facile ⟨et⟩ ipse assentio *Riese 1870* : facile ipse consentio **VN**[1] *(*f̣aç̣ịḷẹ ipse cọ{ **N** : male ipse cur sentio **N**[o]*)* : facile ipse ⟨ego⟩ consentio *Siebelis; hoc propius abest a lectione codicis, sed displicet ob* ipse ego*, quod procul dubio solebat proferri una tantum syllaba acuta (uel* ípsego *uel,* ipse *proclitice posito,* ipségo*), unius dictionis compositae instar; nusquam apud Phaedrum, nisi fallor, quartus pes dactylo expletur uerbis effecto inter se tam arte coniunctis ut pronuntiari possint quasi unica uox trisyllaba* **23–24** *hi uersus, quos Bothe prioribus adiunxit (uide etiam quae Iannellius p. 106 adnotauerat), separatim leguntur in* **N***, aliquot carminibus interpositis et praefixa inscriptione tali,* NIHIL DIV OCCVLTVM*; aliam inscriptionem, immo aliud carmen,* **N** *exhibet in indice: dat enim* LICET SIMVLATA VITIA INTERDVM ⌊PRO⌋SINT, NIHIL TAMEN POSSE LONGO ⌊TEM⌋PORE OCCVLTVM ESSE *(suppleui ex indice codicis* **V***)* **23** initio *Siebelis* : uitia **N***, nullo sensu*

VI
[SENSVM AESTIMANDVM ESSE NON VERBA]

Ixion quod uersari narratur rota,
uolubilem fortunam iactari docet.
Aduersus altos Sisyphus montes agens
saxum labore summo, quod de uertice
5 sudore semper irrito reuoluitur,
ostendit hominum sin⟨e sp⟩e finis miserias.
Quod stans in amne Tantalus medio sitit,
auari describuntur, quos circumfluit
usus bonorum, sed nil possunt tangere.
10 Vrnis scelestas Danaides portant aquas,
pertusa nec complere possunt dolia;

N 11

Cf. Lucr. 3, 978–1010; Petron. fr. 25 Müll.; uide Thiele 1906, 562 sqq.; Kenney 2014, 209 sqq. **1–2** cf. Tib. 1, 3, 73 sq. **2** cf. Macr. somn. 1, 10, 14 **5** *sudore* cf. Hom. Od. 11, 599 ἱδρώς **7–9** cf. Telet. p. 34, 9 sqq. Hense; Hor. serm. 1, 1, 68 sqq.; Petron. 82, 5 | **7** *stans* cf. Hom. Od. 11, 583 ἑσταότα nec non et Hygin. fab. 82, 2 | *in amne Tantalus medio sitit* cf. Ou. am. 3, 12, 30 **10–11** cf. Prop. 2, 1, 67 sq.; Tib. 1, 3, 79 sq., ubi tamen dolia sunt caua (*pertusa* Phaedrus ex Lucr. 3, 1009 hausit; uide etiam Hygin. fab. 168, 5) **10** init. *urnis* cf. *urnasque*, unde incohatur Sen. Herc. fur. 757 | *scelestas* (per hypallagen dictum pro ‘scelestae’) cf. Hor. carm. 3, 11, 39

In indice **N** *ante* SENSVM *exhibet* IN OMNIBVS REBVS **2** fortunam **V** : fortuna **N** *(lineolam, quam puto Perottum litterae* a *superposuisse ut esset* am, *dispicere nequeo)* **3** agens *Iannelli* : ag⌊it⌋ **N**, *l. red. ex* **VN°** *(*ag{.}ṭ **N**ᵈ*)* **6** ostendit hominum sin⟨e sp⟩e finis *scripsi, duce Haveto 1900, 307 sq., qui tamen, lectione* agit *u.* **3** *seruata et maiore distinctione u.* **5** *post* reuoluitur *posita,* ostendit hominum ⟨id⟩ sin⟨e sp⟩e finis *coniecerat (ad hanc emendationem firmandam attulerim Hor. epist. 2, 1, 141)* : ostendit hominum sine fine **N** : ostendit hominum non finiri *Müller 1875a* : sine fine ostendit ⟨esse⟩ humanas *Müller* : ostendit infinitas hominum *Nauck, 697 sq.* : ostendit hominum sine fin⟨e ess⟩e, *quod edidit Cassittus 1811, multis placuit sed metro repugnat, cf. Müller 1875a (5, 19, 3 fin.* contra se ipse misericors *conferri nequit prae caesura inter* contra *et* se*; de caesuris post praepositiones uel coniunctiones uide, sis, Praef. § X adn. 123)* **9** usus bonorum *(***N***) brachylogice dictum hoc sensu, ‘bona quibus uti licet’*

immo luxuriae quicquid dederis perfluet.
Nouem porrectus Tityos est per iugera,
tristi[s] renatum suggerens poenae iecur;
15 quo quis[que] maiorem possidet terrae locum,
hoc demonstratur cura grauiore affici.
  Consulto inuoluit ueritatem antiquitas,
ut sapiens intellegeret, erraret rudis.

13–14 cf. Verg. Aen. 6, 595 sqq. nec non et Tib. 1, 3, 75 sq. **17–18** cf. Corn. nat. deor. p. 75, 18 sqq. Lang

12 imo **N** | perflu& **N** *(*perfluet **N**[id] : perfluit **N**[o] : profluit **V***); caue credas, coll. Hor. carm. 3, 11, 27, hoc Phaedri loco* imo *idem significare quod 'fundo imo', nam Perottus pro* immo *solebat* imo *scribere, cf. Indicem orthographicum meum; uide etiam ThlL, s. u.* immo*, 473, 12 sq.* **14** *del. Cassitto* | poenae *Cassitto* : pene **N** : paenae *D'Orville, ut uidetur* **15** *del. Cassitto*

VII
[DE MALO SCRIPTORE SE LAVDANTE]

Aesopo quidam scripta recitarat mala,
in quis inepte multum se iactauerat.
Scire ergo cupiens quidnam sentiret senex,
“Numquid sum uisus” inquit “tibi superbior?
5 Aut uana nobis ingeni fiducia est?”
Confectus ille pessimo uolumine,
“Ego” inquit “quod te laudas uehementer probo;
namque hoc ab alio numquam continget tibi.”

N 22

Cf. Hor. epist. 2, 2, 106 sqq.; art. 472 sqq.

I⌊RRISIO MALI⌋ SCRIPTORIS SE TEMERE ⌊LAVDANTIS⌋ **N** *in indice, l. red. ex indice codicis* **V** **4** *sic ego* : numquid inquit sum tibi uisus superʀ̣{ **N** *(*superbior **VNᵒ***)* : “numquid tibi” inquit “uisus sum superbior” *Iannelli (*uisus sum *explens semipedes sextum, septimum, octauum tolerari potest, sed parum placet, cf. Zago 2016a, 111 adn. 2; itaque mihi magis arridet quod edidi)* **5** aut *Havet* : haud **N***; etiam de* an *cogitari potest* | ingeni *Bothe* : ingenii **N**

VIII
[QVAM DIFFICILE SIT HOMINEM NOSSE]

Magni Pompeii miles uasti corporis
fracte loquendo et ambulando molliter
famam cinaedi traxerat certissimam.
Hic insidiatus nocte iumentis ducis
5 cum ueste et auro et magno argenti pondere
auertit mulos. Factum rumor dissipat;
arguitur miles, rapitur in praetorium.
Tum Magnus: "Quid ais? Tu non me, commilito,
spoliare es ausus?" Ille continuo exscreat
10 sibi in sinistram et sputum digitis dissipat:
"Sic, imperator, oculi exstillescant mei,
si uidi aut tetigi." Tum uir animi simplicis
id dedecus castrorum propelli iubet,
nec cadere in illum credit tantam audaciam.

N 25

1 init. *Magni Pompeii miles* cf. Hor. epist. 2, 2, 26 init. *Luculli miles* (uide Champlin 2005, 119) **4–12** cf. hymn. Hom. Merc. 68 sqq.; 254 sqq. (uide Grottanelli 1983, 125 sqq.) **5** cf. Cic. de rep. 1, 27; Hor. serm. 1, 1, 41; Verg. Aen. 1, 359 (uide La Penna 1963, 229; Henderson 2001, 228 adn. 26); cf. etiam hymn. Hom. Merc. 249 sq. **11–12** cf. Hor. serm. 2, 5, 35 sq. (uide Otto 1890, s. u. *oculus*, 3; Champlin 2005, 119); 'exstillescunt', id est guttatim defluunt, oculi eius qui in lumina figitur, cf. locos quales Ou. met. 12, 268–270 et Val. Fl. 6, 245–247; sensum igitur uerborum militis esse puto hunc, 'transfigar oculis, si uidi aut tetigi'

QVAM DIFFICILE SIT DE HOMINE VERVM IVDICIVM FERRE **N** *in indice* **3** certissim⌊am⌋ **N**, *l. red. ex* **V**^{c} *(*certissime **V***)* **N**^{oi} *(sed* certissimẹ **N**^{d}*)* : certissimi *Havet* **5** auro et **N** : auri et *La Penna, 229, coll. Hor. serm. 1, 1, 41; Verg. Aen. 1, 359 (malim* auri ac, *coll. Cic. de rep. 1, 27)* **6** factum **N** : furtum *Burman apud Eichstadium* **8** ais **N** : ait *D'Orville (*ait *accepto uersus sic interpungendus est,* "Quid?" ait "Tu *eqs)* | tu no(n) **N**, *cf. OLD, s. u.* non, *4 (*non *D'Orville quoque in* **N** *dispexit)* : tu ne **V** *(*tune *uulgo editur); spondeus* non me *quartum pedem explens, praeeunte sexto semipede monosyllaba uoce effecto, tolerari potest, cf. 3, 10, 58* erit ille notus quem per te cognoueris*; uide Havetum, 176*

15 Breue tempus intercessit, et fidens manu
unum ex Romanis prouocabat barbarus.
Sibi quisque metuit, muss⟨it⟩ant primi duces.
Tandem cinaedus habitu sed Mars uiribus
adit sedentem pro tribunali ducem,
20 et uoce molli: “Licet?” Enimuero eici [uirum]
ut in re atroci Magnus stomachans imperat.
Tum quidam senior ex amicis principis:
“Hunc ego commi⟨t⟩ti satius fortunae arbitror,
in quo iactura leuis est, quam fortem uirum,
25 qui casu uictus temeritatis te arguat.”
Assensit Magnus et permisit militi
prodire contra; qui mirante exercitu
dicto celerius hosti⟨s⟩ abscidit caput
uictorque rediit. His tunc Pompeius super:
30 “Corona, miles, equidem te dono libens,
quia uindicasti laudem Romani imperi;
sed exstillescant oculi sic” inquit “mei,”

15–31 cf. Gell. 9, 13, 7–19 (Quadrig. hist. 10b Peter = Cornell et all., FRHist 24, F 6); Plin. nat. 7, 81 (ex Varrone); Liu. 7, 9, 6–10, 14 (ubi uide Oakley 1998); 23, 46, 12–47, 8; cf. etiam Oakley 1985; Henderson 2001, 131 sqq. (praesertim 136 sqq.) | **15** fin. *fidens manu* cf. Hom. Il. 16, 624 fin. χερσὶ πεποιθώς **18** cf. Herod. mim. 2, 71 sqq. (ubi uide Headlam 1922); cf. etiam La Penna 1976 (praesertim 281–283) **20–21** cf. Lucil. 398 sq. Marx (406 sq. Krenkel) **31** cf. Cic. Sest. 98

15 fidens manu *Burman apud Eichstadium* : manu fidens **N** **16** ex Romanis *scripsi duce Orellio 1832, qui* e Romanis *edidit (sed cf. app. 29, 3* quorum ex reliquiis*)* : de roṃ⸤ani⸥ṣ **N**, *l. red. ex* **V** : de nostris *Havet, haud male* **17** muss⟨it⟩ant primi *Bothe (*muss⟨it⟩ant *iam Dorvillius apud Eichstadium; incertum tamen utrum Dorvillius* muss⟨it⟩ant primi *coniecerit an* primi muss⟨it⟩ant*; alterum quibusdam placuit, at metro respuitur)* : primi mussant **N** : primi ⟨iam⟩ mussant *Postgate* : mussant ⟨et⟩ primi *Milanese* **20** eiici **N** uirum **N**, *del. Iannelli* **21** *pronuntiandum* at-roci *ut* re *iure elidi possit, cf. Müller 1861, 427; Havetum, 162* **23** *suppl. D’Orville* **28** *suppl. Cassitto;* hosti *(***N***) retento Burmannus apud Eichstadium traditum* abscidit *in* praecidit *mutauit, haud inscite, uide enim Gell. 9, 13, 18 (Quadrig. hist. 10b Peter = Cornell et all., FRHist 24, F 6); Havetus apud Brenot de* hosti decidit *cogitauit* **29** rediit *Cassitto* : redit **N** **30** miles *Cassitto* : militis **N** **31** imperii **N**

turpe illud imitans ius iurandum militis,
“nisi tu abstulisti sarcinas nuper meas.”

33 *hunc u. damnauit Nauck, 700 sq.* | *E uerbis solutis inscriptionis in* **N** *narrationi praemissae Muellerus, 98, eruit epimythium* difficile quam sit hominem nosse hinc discimus *(*d. q. s. h. n. hic d. *Dressler)*

IX
[DE MVLIERVM LIBIDINE]

Cum castitatem Iuno laudaret suam,
iucunditatis causa non renuit Venus,
nullamque ut affirmaret esse illi parem
interrogasse sic gallinam dicitur:
5 "Dic, sodes, quanto possis satiari cibo?"
Respondit illa: "Quicquid dederis, satis erit,
sic ut concedas pedibus aliquid scalpere."
"Ne scalpas" inquit "satis est modius tritici?"
"Plane, immo nimium est, sed permitte scalpere."
10 "Ex toto ne quid scalpas, quid desideras?"
Tum denique illa fassa est naturae malum:
"Licet horreum mi pateat, ego scalpam tamen."

M 13 (cf. Zago 2015, 79), **N** 26 /// **T** 58 Th (**W**; **Fr**$^{\chi}$ **S F B Mn**; **L**^{ab} **Vi E**)

Cf. Headlam 1899 | De 'scalpere' obscena significatione usurpato uide Adams 1982, 149; 219

DE MVLIERVM CONTINVA ET ⌊INSATIABILI⌋ LIBIDINE **N** *in indice, l. red. ex indice codicis* **V***; inscriptio deest in* **M** **1** Castitatem *Thiele, 339* **2** Iucunditatis *Thiele, ibidem* | causa non renuit *Havet* : causa non repellit **M**^{c} **N** *(cf. etiam* **χ o W**^{2} iocandi causa*;* **W E** iocundi causa*)* : causam non repellit **M** : caussam non repulit *Iannellius, qui e textu ita restituto hunc sensum censuit extundi posse, 'Venus non reiecit eam occasionem oblectandi sese atque alios' (melius fuit* causam non pepulit *edi, nam et* rĕpŭlit, *quod, teste Eichstadio, iam Dorvillius coniecerat, haudquaquam tolerabile est, ut Neue-Wagener, III, 363 sqq., ac Leumann, 587, monstrauerunt, et autem simplex* pepulit *eadem significatione usurpari potest qua Iannellius putauit* repulit *hoc loco Phaedrum posuisse)* : caussa non repulit *Cassitto 1811, subaudito* Iunonem *et 1, 1, 9* repulsus ille ueritatis uiribus *collato* : causam non spreuit *Müller 1867* : causam defendit *Thiele, 339* **9** permitte **N** : promitte **M***; hunc u. interpunxi ut uulgo. Aliter Postgatius,* XXIII, *qui, Plaut. Mil. 462 allato, post* plane *comma sustulit, ut* plane *cum* immo *coniungeretur* **10** *cum Burmannus apud Eichstadium* ex toto *hic idem esse quod 'omnino' recte animaduertisset, multi nihilominus editores post* toto *subdistinctionem posuerunt,* ex toto *cum* quid desideras? *iungentes* **11** illa *om.* **M** **12** mi *Iannelli, metri causa (cf. Havetum, 152; 202)* : mihi **λ**

Risisse Iuno dicitur Veneris iocos,
quia per gallinam denotauit feminas.

14 quia … denotauit λ : quae … denotarat *Burman apud Eichstadium* : quia … denotarat *Bothe (sed cf. 3, 10, 3* obiit, quia … creditum est*)* : quae … denotarit *Havet, qui melius dedisset* quae … denotaret *uel* quae … denotasset. *Postgatius* quia … denotarit *scripsit; rectius scripsisset* quia … denotaret *uel* quia … denotasset*; at tradita ferri possunt*

X
[QVOMODO DOMANDA SIT FEROX IVVENTVS]

Pater familias saeuum habebat filium.
Hic, e conspectu cum patris recesserat,
uerberibus seruos afficiebat plurimis
et exercebat feruidam adulescentiam.
5 Aesopus ergo narrat hoc breuiter seni:
“Quidam iuuenco uetulum adiungebat bouem.
Is cum refugiens impari collo iugum
aetatis excusaret uires languidas,
‘Non est quod timeas’ inquit illi rusticus;
10 ‘non ut labores facio, sed ut istum domes,
qui calce et cornu multos reddit debiles.’
Et tu nisi istum tecum assidue detines
feroxque ingenium comprimis clementia,
uide ne querela maior accrescat domus.”
15 Atrocitati mansuetudo est remedium.

M 10 (cf. Zago 2015, 76 sq.), **N** 27 /// **T** 61 Th (**W Fr**$^{\iota}$; **S F Wi**$^{\sigma}$ **B Mn**; **L**^{ab} **Vi Mk E**)

Cf. Sen. de ira 2, 21, 9; Colum. 6, 2, 8 sqq.; uide etiam anonymi narratiunculam iambicam de patre familias et Anacharside (Mertens–Pack³ 1876) | Ad Phaedri carmen respexerunt [Sen.] Oct. 440 sqq. et, opinor, Auian. 28

Q. A PARENTIBVS DOMẠ⌊NDA⌋ S. F. I. **N** *in indice, l. red. ex indice codicis* **V***; inscriptio deest in* **M** **1** familias **N Fr**$^{\iota}$ **W**^{2} **κ** : familiae **M** *nec non* **W** **2** cum **N** : quia **M** **10** istum **N** : iustum **M** **12** et tu **λ**, *ut colligi potest (*et tu **MV** : s{. .}tu **N**^{i}*; in* **N** *ante* ṣị ịṣṭum *nunc omnia euanida)* : sic tu *Iannelli* : sed tu *Riese* | detines **M** : retines **N** **13** clementia **N** : dementia **M**, *ut uidetur (cf. Zago 2015, 77)* **15** *hunc uersum, quem haud inscite post u.* **11** *traiecerat Havet, seclusit Perry 1952, praeeunte Speyer. Perry 1965 etiam de hoc senario ante u.* **1** *collocando ut promythium esset cogitauit*

XI
[QVOMODO COMPRIMATVR ALIQVANDO IACTANTIA]

Victorem Aesopus gymnici certaminis,
iactantiorem cum uidisset plus satis,
interrogauit an plus [ne] aduersarius
ualuisset eius. Ille: “Ne istud dixeris;
5 multo fuere uires maiores meae.”
“Quod” inquit “ergo, stulte, meruisti decus,
minus ualentem si uicisti fortior?
Ferendus esses forsan, si te diceres
superasse qui fuisset melior uiribus.”
10 His insolentes emendantur uersibus.

M 7 (cf. Zago 2015, 73 sq.), **N** 30

Cf. Aes. 51 C (33 H; 33 P) **2** cf. Ter. Eun. 85 clausul. **10** cf. Cic. Tusc. 4, 20

Inscriptio deest in **M** **1** uictorem Aesopus **M** : forte uictorem **N** **2** cum uidisset plus satis **M** *(uide, sis, Zago 2015, 73 sq.)* : cum uidisset Aesopus **N** **3** an plus [ne] *Iannelli* : amplius ne **λ** **4** eius **M** : suus **N** **8** forsam *(sic)* **M** : forte **N***; sic distinxi hunc uersum, ubi nolui quicquam ex ingenio mutare; haud equidem nego me aliquando cogitauisse de traiciendo* esses *post* forsan*, sed textus codicis* **M** *sanus esse potest et medelam adhibere non audeo;* ferendus esses, forte s. t. d. *ediderat Iannelli, sententia minus arguta* : ferendus fortasse esses, s. t. d. *Bothe* : ferendus esses forte, s. t. d. *Gail (sed post* forte *interpungi nefas, quia* forte *et* si*, cum iuxta ponantur – quod saepe euenit –, artissime conexa inter se cohaerent, aliter ac* forsan *et* si*, quae iungi non solent)* : ferendus esses, arte s. t. d. *Halbertsma, 107, quam coniecturam nonnullis fulcire argumentis conati sunt Rank, 52 sq., et Vollgraff* **9** fuisset **M** : esset **N** **10** *uersum om.* **N***; seruaui (Zago 2015, 74) coll. 2, 5, 5–6, Cic. Tusc. 4, 20*

XII
[QVOMODO INGENIA SAEPE CALAMITATE INTERCIDANT]

Asinus iacentem uidit in prato lyram;
accessit ⟨et⟩ temptauit chordas ungula.
Sonuere tactae. "Bella res, ⟨at⟩ mehercules
male cessit" inquit "artis quia sum nescius.
5 Si repperisset aliquis hanc prudentior,
diuinis aures oblectasset cantibus."
Sic saepe ingenia calamitate intercidunt.

N 31

Cf. Varr. Men. 348 sqq. Ast.; Tosi 2017, sub lemmate 590; Adrados–van Dijk 2003, 407 sq.

SAEPENVMERO **N** *in indice* **2** *suppl. Cassitto* **3** at *metri causa addidi, coll. 3, 17, 8* (mehercules *enim ceteris locis quibus exstat apud Phaedrum, 1, 25, 7; 3, 5, 4; 3, 17, 8; 4, 6, 22, tres semipedes efficit, uidelicet ita pronuntiari debet ut* meher- *una syllaba sit)* : ⟨sed⟩ mehercules *Müller 1867* : ⟨est⟩ mehercules *Havet* : ⟨quam⟩ mehercules *Speyer* **4** inquit *Iannelli (cf. Zago 2016a, 106 sq. adn. 4)* : ait **N**

XIII
[QVANTA SIT INCONSTANTIA ET LIBIDO MVLIERVM]

Per aliquot annos quaedam dilectum uirum
amisit et sarcophago corpus condidit;
a quo reuelli nullo cum posset modo
et in sepulchro lugens uitam degeret,
5 claram assecuta est famam castae coniugis.
Interea fanum qui compilarant Iouis,
cruci suffixi luerunt poenas numini.
Horum reliquias ne quis posset tollere,
custodes dantur milites cadauerum
10 monumentum iuxta, mulier quo se incluserat.
Aliquando sitiens unus de custodibus
aquam rogauit media nocte ancillulam,
quae forte dominae tunc assistebat suae
dormitum eunti; namque lucubrauerat
15 et usque in serum uigilias perduxerat.
Paulum reclusis foribus miles prospicit
uidetque ⟨et⟩ aegram et facie pulchra feminam.

N 32; **ζ** quoque hanc fabulam uidetur exhibuisse (cf. Zago 2016, 28 sq.) /// **T** 59 Th (**Fr**χ **S F B Mn**; **L**ab **Vi E**)

Cf. Vitae Aesopi caput 129 (rec. **G**, pp. 74 sq. Perry 1952; rec. **W**, p. 105 Perry 1952; uide etiam Papathomopoulon 1990, 169; 1999, 135, 137, 200; Ferrari 1997, 246; Karla 2001, 231 sq.); Aes. 299 H (388 P); Petron. 111 sq. | Phaedri narrationem imitatus est Gualt. Angl. 48 (cf. Boldrini 1990a)

Q. S. I. E. L. MVLIEBRIS **N** *in indice* **1** pẹṛ **N** *(*per **VN**oid*), def. Housman, 259 (uide etiam Tacke, 49)* : ante *Bothe (cf. Petron. 110, 8* rem sua memoria factam … expositurum se esse*)* : post *Müller 1867; 1875, 30* **5** coniugis *Housman, 259* : uirginis **N** *(quam lectionem tueri conati sunt Iannelli 1811, Postgate 1918b, 390 sq.)* : mulieris *Müller 1867* **8** posset **N***; an* possit*?* **14** eunti **N** : euntem *Havet* | nanque *(sic)* **N** : nam illa *Havet* **15** perduxerat **N** : produxerat *Bothe* **16** prospicit **N** : perspicit *Postgate 1896, 10, astipulante Housman 1900, 467* **17** *suppl. Müller 1861, 424; pro tradito* uidetque aegram et *Buecheler 1862, 137 scriptum uoluit* uidetque egregiam*, coll. 3, 8, 3; sed* aegram *seruandum, cf. Petron. 111, 4* aegrae*; Gualt. Angl. 48, 11* egrum … cor

Correptus animus ilico succenditur
et oritur impudentis sensim cupiditas.
20 Sollers acumen mille causas inuenit,
per quas uidere posset illam saepius.
Cottidiana capta consuetudine
paulatim facta est aduenae submissior,
mox artio⟨r⟩ reuinxit animum copula.
25 Hic dum consumit noctes custos diligens,
desideratum est corpus ex una cruce.
Turbatus miles factum exponit mulieri.
At sancta mulier “Non est quod timeas” ait,
uirique corpus tradit figendum cruci,
30 ne subeat ille poenas neglegentiae.
Sic turpitudo laudis obsedit locum.

20 cf. Prop. 2, 1, 12 **22–24** cf. Lucr. 4, 1283 sqq. (de quibus uersibus bene disseruit Brown 1987, 376) nec non et Publil. O 15 | **22** cf. Ter. Haut. 283

18 correptus *Müller 1861, 424 sq.* : corruptus **N** **19** *sic ego* : uriturque sensim impude⌊ntis⌋ cupi⌊ditas⌋ **N**, *l. red. ex* **V** : et uritur sensim impudentis cupiditas *Orelli 1832, metro labante (cf. Havetum, 150 sq.)* : oriturque sensuum impudica cupiditas *Fröhlich apud Spengel, 726, contra metrum* : oriturque sensus inpotentis cupiditas *Müller* : oriturque sensim ⟨ut⟩ impotentis cupiditas *Havet* : uritque sensus impotentis cupiditas *Speyer* **21** posset **N** : possit *Iannelli* | illam **N** : ui⟨du⟩am *Dressler (ex* **V**, *qui praebet* uiam*), fortasse recte, cf. Gualt. Angl. 48, 16* uiduam **24** artio⟨r⟩ reuinxit *Postgate 1896, 10 (cf. Catull. 61, 33)* : arctiore iunxit **N** : artior deuinxit *Bursian, 869* **28** mulier **N** : uidua *Havet* : uirgo *Postgate 1896, 10; 1918b, 390 sq.*

XIV
[FORTVNAM INTERDVM PRAETER SPEM ATQVE EXPECTATIONEM HOMINIBVS FAVERE]

Vnam expetebant uirginem iuuenes duo.
Vicit locuples genus et formam pauperis.
Vt nuptiarum dictus aduenit dies,
amans, dolorem quia non poterat perpeti,
5 maerens propinquos contulit se in hortulos,
quos ultra paulo uilla splendens diuitis
erat acceptura uirginem e matris sinu,
parum ampla in urbe uisa quod fuerat domus.
Pompa explicatur, turba concurrit frequens,
10 et coniugalem praebet Hymenaeus facem.
Asellus autem, qui solebat pauperi
quaestum ⟨re⟩ferre, stabat portae in limine.
Illum puellae casu conducunt sui,
uiae labores teneros ne laedant pedes.
15 Repente caelum, Veneris misericordia,
uentis mouetur, intonat mundi fragor

N 37

Cf. Apul. met. 7, 13, 1–3 nec non [Lucian.] asin. 26; uide Weinreich 1931, 9 sqq.; Shanzer 1990 | Cum inscriptione conferatur Aes. 22 C (21 H; 21 P) epimyth. **3** cf. Ter. Andr. 102 **7** cf. Catull. 61, 56–60; 62, 20–23 **14** cf. Verg. ecl. 10, 48 sq. **15–20** cf. Verg. Aen. 4, 160–168; 10, 803–808 **15–16** cf. Verg. Aen. 2, 692 sq. **16** cf. Sen. Tro. 355 fin.

ATQVE EXPECTATIONEM *deest in indice codicis* **N***; ex inscriptione Havetus effecit promythium iambicum* Fortuna interdum hominibus praeter spem fauet *post* **1** *lacunam unius uersus statuit Mähly, 812, plurium Havetus* **6** splendens diuitis *Housman, 259* : splendidi diuitis **N** : di[ui]tis splendida *Bothe* **10** praebet **N***, tutati sunt Iannellius 1811 ("'praebeo' est 'suppedito' … sensus … est: et Hymenaeus suppeditat facem nuptialem: scilicet nec istis in nuptiis desunt faces iugales") et Bothe (*"praebet, *'monstrat', 'exhibet'")* : praefert *Burman apud Eichstadium, fortasse recte* **12** *suppl. Cassitto* | portae **N***, scil. 'portae urbis' (Cassitto 1811), uide etiam Heubner 1965, 350 sqq., qui contulit Verg. Aen. 2, 242 sq.; 9, 686 sq.* **13** sui *Eyssenhardt* : suae **N**

noctemque densis horridam nimbis parat.
Lux rapitur oculis, et simul uis grandinis
effusa trepidos passim comites dissipat,
20 sibi quemque cogens petere praesidium fuga.
Asellus notum proximum tectum subit
et uoce magna sese uenisse indicat.
Procurrunt pueri, pulchram aspiciunt uirginem
et admirantur; deinde domino nuntiant.
25 Inter sodales ille paucos accubans
amorem crebris auocabat poculis.
Vbi nuntiatum est, reciperatus gaudiis,
hortante Baccho et Venere, dulces perficit
aequalitatis inter plausus nuptias.
30 Quaerunt parentes per praeconem filiam;
nouus maritus coniuge amissa dolet.
Quid esset actum postquam populo innotuit,
omnes fauorem comprobarunt caelitum.

17 cf. Sen. nat. 5, 18, 7 **18** hinc pendet, opinor, Alcest. Barcin. 58 init.

17 parat **N** : parit *Müller (sed cf. Sen. Med. 728; ThlL, s. u.* paro, *413, 80 sqq.)* **21** pṛọximụ(m) **N** *(*proximum **VN**[i]*)* : proxime *Cassitto (de triplici homoeoteleuto* -um ... -um ... -um *uide 1, 2, 14* paruum tigillum missum*; etiam alii uersus Phaedri mugiunt, ut ita dicam, inter quos app. 4, 9; app. 5, 10)* : ⟨et⟩ proximum *Marx, 145 (cf. tamen Cic. fam. 1, 9, 20* proximis superioribus diebus*; Tac. ann. 1, 77, 1* proximo priore anno, *ubi uide quae Goodyear 1981, 173 sq. adnotauit)* **24** ˛dein˛de **N**, *suppl. ex* **VN**[oi] : tandem *Havet* **26** amorem **N** : maerorem *Marx, 145,* auocabat *seruato* | auocabat **N**, *def. Havet, coll. Sen. Polyb. 17, 6* : amouebat *Mähly, 812* **27** reciperatus *scripsi duce Postgatio, XXIV* : recreatus **N** *(*recreatus *minime displicet, quod ad sensum attinet, sed, nisi fallor,* recreare *producta prima syllaba nusquam inuenitur)* **28** dulc̣ịṣ **N** *(*dulcis **V** : dulces **N**[oid]*)* **31** a(m)missa **N**, *corr.* **V**

XV
[QVAM NOCEAT SAEPE VERVM DICERE]

Aesopus turpi cum seruiret feminae,
quae se expingendo totum [in]tricaret diem,
uestem uniones aurum argentum sumeret,
nec inueniret digito qui se tangeret,
5 "Licetne paucis?" inquit. "Dicas." "Censeo,
quiduis efficies, cultum si deposueris."
"Adeone per me uideor tibi meliuscula?"
"Immo, ni[si] dederis, sponda cessabit tua."
"At non cessabunt latera" respondit "tua",
10 et obiurgari iussit seruum garrulum.
Post paulo armillam tollit ⟨fur⟩ argenteam.
Eam non apparere ut dictum est mulieri,

N 38

Huic narrationi Ellis 1894, 36, haud indocte comparauit Herod. mim. 5 Cum inscriptione cf. Ter. Andr. 68 (uide etiam Tosi 2017, sub lemmate 355) **4** cf. Mart. 1, 73, 1 **8** cf. Mart. 7, 75

Q⌊VAM SAEPE HOMINIBVS OBSIT⌋ VERVM ⌊DICERE⌋ **N** *in indice, l. red. ex indice codicis* **V***; inscriptionem qualem* **N** *in indice exhibuisse uidetur primus agnoui iambicum esse senarium; promythium huius narratiunculae hariolor fuisse* quam saepe hominibus obsit uerum dicere, / ⟨narratione nunc ostendemus breui⟩ *(cf. Zago 2016b)* **2** [in]tricaret *Müller, coll. 3, 6, 9 (ubi uide quae adnotaui)* : intricabat **N** : intricaret *Iannelli 1812, 51 sq. et, suo Marte, Eichstadius, uix recte (cf. ThlL, s. u.* intrico*, 51, 6 sq.);* tricare*, quod Havetus, 261, uulgaris putabat esse sermonis, repperi usurpatum pro* tricari *in Mulomedicina Chironis, § 743 Oder, ad quem locum cf. etiam Calboli; de formis actiuis huius uerbi, eandem fere opinionem quam Havetus habet Goldberger, 112 (cf. etiam Walde–Hofmann, Lat. etym. Wörterb., s. u.* tricae*)* **3** uestem *D'Orville apud Eichstadium* : uestes **N** **8** nisi **N***, corr. Müller 1861, 419, metri causa (cf. etiam Havetum, 174)* | cessauit **N***, corr. Burman apud Eichstadium* **10** obiurgari **N** : uerberari *Spengel, 726* | seruum **N** : ferulis *Bothe, haud inscite (uide tamen Postgate 1918b, 390 "*seruum *may be retained with a very good sense, 'ordered him to be rebuked as a talkative slave'")* : ferula *Müller* **11** *sic Orelli 1832* : paulo post armillam tollit argenteam **N** : post paulo armillam tollit ⟨quidam⟩ argenteam *Müller* : paulo post tollit ⟨fur⟩ armillam argenteam *Havet* **12** eam *Cassitto* : quam **N**

omnes furore plena uocat, ac uerbera
proponit grauia, uerum si non dixerint.
15 “Aliis minare; me” inquit “non falles senem;
flagris sum caesus, uerum quia dixi modo.”

13 *ita edidi* : f̣⌊ur⌋ọre plena uocat ⌊o⌋m⌊n⌋ẹṣ ad ụẹṛḅ⌊era⌋ **N**, *l. red. ex* **VN**^{i} : furore plena uocat omnes et *(uel* ac*)* uerbera *Cassitto 1811, ἀμέτρως* : omnes furore plena uocat et uerbera *Müller 1867* **15** *ita ego, coll. 3, 3, 14 et Babr. 6, 14* ἀλλ’ οὐκ ἔμελλε τὸν γέροντα θωπεύσειν : aliis minare inq⌊uit⌋ me no(n) falḷẹṣ certe **N**, *l. red. ex* **V**, *qui exhibet* falles *(*fallis **N**^{oi}*;* falles *etiam* **N**^{d}*)* : “aliis minare” inquit “me non falles, hera” *Orelli, contra metrum (cf. Havetum, 152, § 11)* : “aliis minare; me” inquit “non falles, era” *Spengel, 726* : “aliis minare, nam me non falles, era” *Riese* : “aliis minare; me” inquit “non falles” σοφός; *Havet (melius fuit* “non falles” senex;*). De corruptela* sene(m) > certe *uide, sis, Krischan, 96 sq. adn. 26; Zago 2015, 73*

XVI
[NIMIAM SECVRITATEM SAEPE IN PERICVLVM HOMINES DVCERE]

Feles habebat gallus lecticarios.
Hunc gloriosum uulpes ut uidit uehi,
sic est locuta: “Moneo praecaueas dolum;
istorum uultus namque si consideras,
5 praedam portare iudices, non sarcinam.”
*****
Postquam fera esurire coepit societas,
discerpsit dominum et fecit partes facinoris.

N 39

Cf. Varr. Men. 513 Ast. **7** cf. Sen. Phoen. 363–365

1 lecticarios *D’Orville* : lecticarius **N** **2** gloriosum *Iannelli (ad hanc coniecturam fulciendam Havetus laudauit Petron. 78, 2)* : gloriosa **N** : gloriose *Burman apud Eichstadium* **4** consyderas **N** : consideres *Havet* **5** *post hunc u. lacunam statuit Müller 1867 (cf. etiam Müller 1877, 97, ubi ille uir doctissimus quae exciderant supplere conatus est)* **6** *ita Postgate 1918, 96, probante Housmanno 1920, 122* : postquam esurire cepit fera societas **N** : postquam esurire societas coepit fera *Müller 1875, 30 sq.* **7** facinoris **N** : facinore *Bothe* : funeris *Duvau, coll. Verg. Aen. 9, 491; at nihil mutandum est, nam* facinoris *metonymice usurpatum, cf. Sen. Phoen. 363–365* | *Post u.* **7** *Dresslerus epimythii instar addidit iambum* nimia in periclum ducit nos securitas, *quem ipse finxerat ex inscriptione codice* **N** *tradita; aliud epimythium Muellerus, 97, panxit, dico* exitium saepe nimia fert securitas

XVII
[FACIENDVM PRIVS DE HOMINE PERICVLVM QVAM EIVS TE COMMITTAS FIDEI]

Premente partu scrofa cum gemeret iacens,
accurrit lupus et obstetricis partibus
se posse fungi dixit, promittens opem.
Quae uero nosset pectoris fraudem improbi,
5 suspectum officium repudiauit malefici
et “Satis est” inquit “si recedis longius.”
Quod si perfidiae se commisisset lupi,
pari dolore fata deflesset sua.

N 40 /// **T** 30 Th (**W**; **Fr**$^{\chi}$ **S F B Mn**; **L**^{ab} **Vi Mk Wi**$^{\tau}$ **E**)

Cf. Aes. 14 C (7 H; 7 P); 282 C (198 H; 187 P); Babr. 121 sq.; Aphth. 9 H; Tetr. 1, 16; 2, 24 M; Plut. mor. 490c; uide Adrados–van Dijk 2003, 13 sq. Nec **T** 52 Th (**W κ**) nec **T** 89 Th (**Y**^{LP} **χ**) pendet ex hac Phaedri fabula

PRIVS **N**^{c} : POTIVS **N** *(*PRIVS FACIENDVM DE HOMINE PERICVLVM QVAM EIVS FIDEI TE COMMITTAS **N** *in indice)* **1** premente *Cassitto,* **T** : tremente **N** *(sicut* **Wi**$^{\tau}$*)* **4** nosset pectoris fraudem *Orelli* : nosset pecoris fraudem **N** : nosset pecoris fraudes *Cassitto* : noscens pecoris fraudes *Iannelli; fortasse* noscens pectoris fraudem *reponendum, etenim aliam ac* **N** *praebet structuram orationis exspectes, cf. 3, 13, 4 (ubi uide adn. meam). Illius loci memor fuisse uidetur Nauckius, 701, namque iambum de quo nunc agimus sic refictum uoluit:* quae cum cognosset pectoris fraudem improbi **7** quod si **N** : quae si *Cassitto,* **T** **8** *tradita defendit enarrauitque Housman, 259 (“this verse … means as it stands ‘gigni doloribus mortem deflesset suam’ … dolor non prolis uitam sed matris exitium pariturus fuit”); cf. app. 19, 9*

XVIII
[NON ESSE MALO ADDENDVM MALVM]

Seruus profugiens dominum naturae asperae
Aesopo occurrit, notus e uicinia.
“Quid tu confusus?” “Dicam tibi clare, pater,
hoc namque es dignus appellari nomine,
5 tuto querela quod apud te deponitur.
Plagae supersunt, desunt mihi cibaria.
Subinde ad uillam mittor sine uiatico.
Domi si cenat, totis persto noctibus;
siue est uocatus, iaceo ad lucem in semita.
10 Emerui libertatem, canus seruio.
Vllius essem culpae mihi si conscius,
aequo animo ferrem. Numquam sum factus satur,
et super infelix saeuum patior dominium.
Has propter causas et quas longum est promere
15 abire destinaui quo tulerint pedes.”
“Ergo” inquit “audi: cum mali nil feceris,
haec experiris, ut refers, incommoda;
quid si peccaris? Quae te passurum putas?”
Tali consilio est a fuga deterritus.

N 42

Quod ad inscriptionem metro solutam attinet, cf. Caecil. com. 125 R^3; uide Tosi 2017, sub lemmate 2160 **3–15** cf. (de dominis inhumanis) Posidon. F 136 Theiler; Sen. epist. 47; Plin. epist. 3, 14 **15** cf. Tosi 2017, sub lemmate 671 **16–19** cf. 1Petr. 2, 18 sqq.

NON ESS⌊E MALO MALVM ADDENDVM⌋ **N** *in indice, l. red. ex indice codicis* **V** **5** tuto querela quod apud te *scripsi* : tuto quia apud te querela **N** : tuto querela quia apud te *coniecit Iannellius, uiri docti probarunt, metrum respuit, cf. Zago 2016a, 104 sqq., ubi etiam alia excogitaui:* querela tuto quod apud te*;* tuto querela quia tibi*;* querela tuto quia tibi **6–10** *fortasse post* **13** *traiciendi* **9** est uocatus *Burman apud Eichstadium* : aestu uocatus **N** | iaceo *Mai* : iacio **V** *(*}ọ **N** : }o **N**^{id}*)* **13** dominium *Orelli* : dominum **VN**^{o} *(*dom{ . . }ụ(m) **N***)* **14** promere **N**^{oi} : pṛọ{ **N** *(*pro{ **N**^{d}*); om.* **V** **16** nil *Cassitto* : nihil **N** | *Ad epimythium restituendum Muellerus, 98, ex inscriptione codice* **N** *data effinxit* malo inconsulte non est addendum malum*; equidem panxerim* malo praesenti non est addendum malum*, coll. 4, 1, 9; Caes. ciu. 1, 81, 4*

XIX
[FERENDVM ESSE AEQVO ANIMO QVICQVID ACCIDERIT]

Equum e[t] quadriga[m] multis palmis nobilem
abegit quidam et in pistrinum uendidit.
Productus ad bibendum cum foret a molis,
in circum aequales ire conspexit suos,
5 ut grata ludis redderent certamina.
Lacrimis obortis: “Ite felices!” ait,
“celebrate sine me cursu sollemnem diem.
Ego, quo scelesta furis attraxit manus,
ibi sorte tristi fata deflebo mea.”

N 43

Cf. Aes. 139 C; Babr. 29; Aphth. 13 H (uide Hausrath 1936, 78; Adrados–van Dijk 2003, 460 sq.) **1** cf. Hor. carm. 1, 1, 5; Porph. ad Hor. epist. 1, 1, 4; ad hunc Phaedri u. fortasse respexit Iuu. 8, 57–61 **5** *grata* cf. [Ou.] hal. 66 sqq. **8** cf. Sen. Ag. 911, ubi *scelestas* et *manus* eosdem semipedes explent quos *scelesta* et *manus* in hoc uersu Phaedri

AEQVO **N** *in indice* : EQVO **N** **1** et quadrigam **N**, *corr. Burman apud Eichstadium* : a quadriga[m] *Stowasser* **3** cum foret **N** : qui forte *Bothe, post* uendidit *(u.* **2***) subdistinctione posita* **8** abstraxit *Bothe* | *Inscriptionem metro solutam quam* **N** *exhibet Muellerus, 98, refinxit in iambicum epimythium* aequo ferendumst animo, quodcumque accidit

XX
[FAMEM ACVERE ANIMANTIBVS INGENIVM]

Si quando in siluis urso desunt copiae,
scopulosum ad litus currit et prendens petram
pilosa crura sensim demittit uado;
quorum inter uillos simul haeserunt cammari,
5 ⟨se⟩ in terram abripiens excutit praedam maris
escaque fruitur passim collecta uafer.
Ergo etiam stultis acuit ingenium fames.

M 16 (cf. Zago 2015, 83), **N** 44

Cf. Ael. nat. an. 6, 24, de uulpibus quae, ut σμικρὰ ἰχθύδια captent, παρὰ τὴν ὄχθην τὴν τοῦ ποταμοῦ ἔρχονται καὶ τὴν οὐρὰν καθιᾶσιν ἐς τὸ ὕδωρ **5** cf. Manil. 5, 434 *maris praedas*; 5, 592 *praeda maris* **6–7** cf. [Ou.] hal. 58 sq. *ursus … / quid nisi pondus iners stolidaeque ferocia mentis?*; Plin. nat. 8, 131 *nec alteri animalium in maleficio stultitia sollertior*; Ael. nat. an. 6, 9 (de ursae sollertia); Opp. cyn. 3, 145 (ταῖς ἄρκτοις) δολερὸν κέαρ **7** cf. Bühler 1999, 83 sqq. (ad Zenob. Ath. 2, 45); Tosi 2017, sub lemmate 897

FAMEM SAEPENVMERO ACVERE ANIM⌊ANTIBVS⌋ INGENIVM **N** *in indice, l. red. ex indice codicis* **V***; inscriptio deest in* **M** **3** demittit *Cassitto* : di- **λ** **4** cammari **M** : c̣ạṇ⌊cri⌋ **N***, l. red. ex* **VN**^oi^ *(cf. Arist. hist. an. 594b 5–8* ἡ … ἄρκτος ἐσθίει … καὶ καρκίνους*; Plin. nat. 10, 199* ursi … uiuunt et … cancris*)* **5** ⟨se⟩ in terram abripiens *scripsi, coll. Ael. nat. an. 6, 24* ἐλθοῦσαι *(sc.* ἀλώπεκες*)* … ἐς τὰ ξηρὰ χωρία διασείουσι τὰς οὐράς, καὶ ἐκπίπτει τὰ ἰχθύδια, καὶ ἐκεῖναι δεῖπνον ἁβρότατον ἔχουσιν*, et, de monosyllabo in prima thesi eliso, Phaedr. 4, 4, 2 (*quam opprimere*)* : in terram iter arripiens **M** *(*iter *e dittographia ortum censeo: uide, sis, Zago 2015, 83)* : in terram arripiens **N** : in terram abripiens *Bothe* : in terram adsiliens *Perry 1952* **7** stultis *Cassitto* : stulto **λ**

XXI
[VERBIS SAEPENVMERO HOMINES DECIPI SOLERE]

Quidam per agros deuium carpens iter
“Aue” exaudiuit, et moratus paululum,
adesse ut uidit neminem, fecit gradum.
Iterum salutat idem ex occulto sonus.
5 Voce hospitali confirmatus restitit,
ut, quisquis esset, par officium reciperet.
Cum circumspectans errore haesisset diu
et perdidisset tempus aliquot milium,
ostendit sese coruus et superuolans
10 “Aue” usque ingessit. Tum se lusum intellegens
“At male tibi sit” inquit “ales pessime,
qui festinantis sic detinuisti pedes.”

N 45

De coruo salutatore cf. Plin. nat. 10, 121 sqq.; Mart. 3, 95, 2; 14, 74, 1; Macr. Sat. 2, 4, 29 sq. **11** cf. Catull. 3, 13

E uerbis solutis inscriptionis codice **N** *traditae Muellerus, 98, effecit iambicum epimythium* sic saepe homo hominem blandis uerbis decipit, *scitius quam ueri similius* **3** fecit gradum *scripsi* : cepit gradum **VN**^{i} *(*cepiṭ gṛ{ **N***), quod uereor ut sit Latinum* : mouet gradum *Burman apud Eichstadium, labante metro (melius uir doctus coniecisset* mouit gradum*)* : coepit gradi *Cassitto 1811* : celerat gradum *Müller 1890, 1304* : rapuit gradum *Rank, 56 sq.* **4–5** *interpunxi ut uulgo; aliter Speyer, qui tradita haud secus atque ego seruauit, sed, distinctione post* sonus *(u.* **4***) sublata, punctum posuit post* hospitali *(u.* **5***)* **5** confirmatus **N** : compellatus *Nauck 1888, 321 sq., uersibus* **4–5** *ut uulgo interpunctis* **7** errore **N** : ore ita *metri causa coniecit Müller 1875a, mihi quidem non persuadens hunc uersum esse corrigendum (uide, sis, quae adnotaui ad app. 3, 4)* : omnia *Hartman, 123* : error *Postgate 1918, 96 sq.* **11** male tibi *Iannelli* : tibi male **N** : tibi malum *Spengel, 727 (sed* male *non est mutandum: cf. enim Catull. 3, 13* at uobis male sit*, quem locum Phaedrum hic imitatum esse opinor)* **12** festinantis *nescio utrum genetiuus singularis sit an accusatiuus pluralis (cf. Leumann, 440 sq.)*

XXII
[NIHIL ITA OCCVLTVM ESSE QVOD NON REVELETVR]

Pastor capellae cornu baculo fregerat;
rogare coepit ne se domino proderet.
"Quamuis indigne laesa, reticebo tamen;
sed res clamabit ipsa quid deliqueris."

N 46

Cf. Babr. 3; Aphth. 5 H; Aes. 15 C; Tetr. 1, 35; 2, 26 M; uide, sis, Adrados–van Dijk 2003, 380–382 | Verba inscriptionis metro solutae Phaedriana non uidentur; qua erat ingenii sagacitate et doctrina, Havetus intellexit ea desumpta esse ex Euangeliis: cf. enim Matt. 10, 26; Marc. 4, 22; Luc. 8, 17; 12, 2; uide etiam P. Oxy. 654, 27–31 et 37–40 (eu. Thom. 5–6); Tert. apol. 7, 13

2 *post hunc u. lacunam unius iambi statuit Riese 1870*

XXIII
[VBI LEONIS PELLIS DEFICIT VVLPINAM INSVENDAM ESSE: HOC EST VBI DEFICIVNT VIRES ASTV VTENDVM]

Serpens lacertam forte auersam prenderat,
quam deuorare patula cum uellet gula,
arripuit illa prope iacentem surculum
et pertinaci morsu transuersum tenens
5 auidum sollerti rictum frenauit mora.
Praedam dimisit ore serpens irritam.

N 47

Quod ad inscriptionem metro solutam attinet uide Plut. Lys. 7, 6; mor. 190e ὅπου μὴ ἐφικνεῖται ἡ λεοντῆ, προσραπτέον εἶναι τὴν ἀλωπεκῆν; 229b. Cf. etiam Tosi 2017, sub lemmate 314 **5–6** hos uersus imitatum esse censeo Paulinum Nolanum, carm. 16, 190 sq. Hartel (nat. 5, 190 sq. Dolveck) *non fera iam feritas, saeuos quia praeda leones / sanctaque frenabant auidos ieiunia rictus* (uide Zago 2018, 220)

Vt narrationem promythio ornaret, Muellerus, 98, priorem partem ἀμέτρου inscriptionis codice **N** *datae refinxit in iambum* leonis pelle saepe uolpinast prior*; equidem malim* ubi dest leonis pellis, uulpinam indue*, quod propius a traditis abest. Sed ualde incertum an Phaedrus tale quid scripserit, si modo promythium fabellae praeposuerit* **1** auersam *Hartman, 123 sq. (uide etiam Rank, 57)* : aduersam **N**

XXIV
[MVLTOS LACESSERE DEBILES ET CEDERE FORTIBVS]

Odiosa cornix super ouem consederat,
quae dorsum cum tunsa esset inuita et diu,
“Hoc” inquit “si dentato fecisses cani,
poenas dedisses.” Illa contra pessima:
5 “Despicio inermes, eadem cedo fortibus;
scio quem lacessam, cui dolosa blandiar.
Ideo senectam mille in annos prorogo.”

N 60 /// **T** 95 Th (**Ad**[x] **Fr**[x] **S F B Mn**; **L**[ab] **Vi Mk**)

Cf. Aes. 275 C (202 H; 190 P); uide Hausrath 1936, 73 sq. **7** cf. Porph. ad Hor. carm. 3, 17, 12 sq. *annosam uero ait* (scil. *Horatius cornicem*), *quoniam mille annos uiuere affirmatur*; de cornicis uita diuturna uide etiam Hes. fr. 304, 1–2 M-W; RE, s. u. ‘Krähe’, 1562 sq.; ThlL, s. u. *cornix*, 961, 71 sqq. (locis ibi collectis adde epigr. Bobiens. 62, 1 sq.); Tosi 2017, sub lemmate 810; Arnott 2007, 168

MVLTOS LACESSERE INFIRMIORES, FORTIORIBVS AVTEM CAEDERE **N** *in indice, l. red. ex indice codicis* **V** (**N** *exhibet* caedere *non modo in indice, sed etiam in inscriptione fabellae praemissa)* **1** odiosa **N** : annosa *Nauck, 395, coll. Hor. carm. 3, 17, 13* **2** *sic restitui, coll.* **T** *(*tundens dorsum eius. Hoc cum diu fecisset*), Aes. 275 C (*κόρακος ... τὸ ἕλκος κρούοντος*), Plaut. As. 262, Verg. Aen. 1, 481 (de caesura uersus ita reficti cf. Havetum, 150, § 7)* : quam dorso cum tulisset inuita et diu **N** : quae dorsum cum tutudisset inuitae diu *Postgate 1918, 97* : cui dorsum cum tutudisset inuitae diu *Housman 1920, 124;* quae *pro tradito* quam*, ceteris seruatis, iam coniecerat Nauck, 395 sq.; fuit tempus cum cogitaui de* inuitum diu *(cf. Postgate 1918a, 270)* **4** pessima **N**[id] (pessima **N***)* : pessimam **V** **5** *del. Nauck, 396* **6** dolosa **VN**[id] *(*}osa **N***)* : dolose *Nauck, 396* | *Ex epimythiis huic narrationi subiunctis in codicibus ex* **κ** *oriundis (*qui ab infimis sua innocentia iniuriantur **Ad**[x] : haec fabula in illos dicta est qui ab infimis suae innocentiae iniuriantur **Fr**[x] : haec fabula in illos dicta est qui infimis et eorum innocentiae iniuriantur **ξ o***) Havetus effecit* in illos talis dicta est homines fabula, / insultant infimorum qui innocentiae

XXV
[NVLLVM MALEDICTVM ESSE GRAVIVS CONSCIENTIA]

Cum seruus nequam Socrati malediceret,
uxorem domini qui corrupisset sui,
idque ille sciret notum circumstantibus:
“Places tibi” inquit “quia cui non debes places;
5 sed non impune, quia cui debes non places.”

N 61

Cum inscriptione contulerim Publil. H 25 *heu quam est seruitute grauior animi conscientia* (sic Friedrich 1880; uulgo editur *heu conscientia animi grauis est seruitus*); [Quint.] decl. mai. 12, 26 (p. 261, 9 Håk.) *tormentis omnibus conscientia grauior*

1 *Cassittus ante u.* **1** *promythii instar collocauit iambum* nullum maledictum est grauius conscientia, *quem ipse, minima mutatione adhibita, ex inscriptione eruerat codice* **N** *data (quod attinet ad* maledictum est *positum post semipedem secundum, uide, sis, Zago 2016a, 104 adn. 4)* **1–2** *traditum uerborum ordinem, qui, ut mea fert opinio, seruari potest, Nauckius, 690 adn. 67, ita mutari uoluit ut legeretur* cum seruus nequam, qui corrupisset *(uide adn. meam ad u.* **2***)* sui / uxorem domini, Socrati malediceret **2** corrupisset *Iannelli 1811* : corripuisset **V** *(*}pụịsset **N** : }puisset **N**[id]*)*

XXVI
[MVLTOS VERBIS BLANDOS ESSE, PECTORE INFIDELES]

Cum uenatorem celeri pede fugeret lepus
et a bubulco uisus ueprem irreperet:
“Per ⟨te oro⟩ superos perque spes omnes tuas
ne me indices, bubulce; nihil umquam mali
5 huic agro feci.” Et rusticus: “Ne timueris;
late securus.” Iamque uenator sequens:
“Quaeso, bubulce, numquid huc uenit lepus?”
“Venit, sed abiit hac ad laeuam,” et dexteram

N 62 /// **T** 73 Th (**Ad**^{x} **Fr**^{x} **S F B Mn**; **L**^{ab} **Vi Mk E**; cf. etiam **H**^{u}, de quo Zago 2016, 22)

Cf. Aes. 34 C (22 H; 22 P); Babr. 50; Max. Tyr. 32, 1; uide Adrados–van Dijk 2003, 32 sqq.

Titulum edidi qualem **N** *exhibet in indice, ubi post* ESSE *interpungendi signum; in inscriptione autem huic fabellae praeposita inter* ESSE *et* PECTORE *dispicitur* E *(*ET **N**^{i}*; om.* **VN**^{o}*). Ad promythium restituendum, ex inscriptione codice* **N** *tradita et promythio in* **S** *exstante (*qui uidetur uerba blanda habere et infidelis est, peccat in corde suo et hoc argumento se describi intelligat*) Dresslerus hos uersus fecit,* qui uerbis blandus, pectore infidelis est / hoc argumento se describi intelligat, *cum quibus cf. quae* **Fr**^{x} *habet in promythio (*peccans corde hoc argumento se describi intelligat*) nec non Phaedr. 5, 8, 2* **1** *uersus iniuria temptatus, cf. Zago 2016a, 109* | lepus **N** : lupus *Iannelli (sed* lepus, *quamuis libri ex* **κ** *oriundi* lupus *ubique habeant, seruandum est, uide Thiele 1910, 247 sq.)* **3** *suppl. Spengel, 727, qui etiam de* per superos perque ⟨te oro⟩ *cogitauit* : ⟨oro⟩ per superos *Cassitto* : per superos ⟨oro⟩ *Iannelli; possis et* per superos ⟨te oro⟩, *cf. Babr. 50, 3* πρὸς θεῶν σε σωτήρων. **Ad**^{x} *et* **Fr**^{x} *post corr.* oro *(*oror **Fr**^{x} *ante corr., ut uid.)* per omnes spes tuas *praebent,* **ξ** super hostem *(sic)* oro te per omnes spes tuas *(prauam lectionem* super hostem *ortam esse censeo ex* superos te*)* **4** ne *Cassitto,* **T** : nọṇ **N** *(*non **VN**^{od} : ne **N**^{i}*)* **5** et **N T** : at *Burman apud Eichstadium,* **F**, *probante Haveto, 155 (sed* **Ad**^{x}, *pace Haveti, praebet* &, *quod ex* a *prima manu fictum est)* | timueris *Iannelli 1811 (cf.* **T** ne timeas*)* : timeret **N** **7** lepus **N** : lupus *Iannelli (uide quae ad u.* **1** *adnotaui)* **8** hac **N** : hinc *Müller*

demonstrat nictu partem. Venator citus
10 non intellexit seque e conspectu abstulit.
Tunc sic bubulcus: “Ecquid est gratum tibi,
quod te celaui?” “Linguae prorsus non nego
habere atque agere maximas me gratias;
uerum oculis ut priueris opto perfidis.”

9 cf. Hor. carm. 1, 37, 18 sq. | Non ad **T** sed ad hunc Phaedri uersum qualem **N** exhibet respexisse opinor Al. Neq. nou. Aes. 22, 13 et 15 **10** cf. Acc. tr. 32 R[3] (291 Dang.)

9 nictu *Rank, 57 sqq., et, suo Marte, Postgatius apud Gow 1912 (uide etiam Postgate 1918a, 271)* : nutu **N** *(cf. Al. Neq. nou. Aes. 22, 13* nutuque*; 15* nutus*; 22* nutu*)* **13** maximas me gratias *Cassitto* : me maximas gratias **N** : gratias me maximas *Fröhlich apud Spengel, 727*

XXVII
[MVLTA ESSE NOBIS IOCVNDA QVAE TAMEN SVNT INCOMMODA]

Cum blandiretur iuueni meretrix perfida,
et ille laesus multis saepe iniuriis
tamen praeberet sese facilem mulieri,
sic insidiatrix: “Omnes muneribus licet
5 contendant, ego te plurimi facio tamen.”
Iuuenis recordans quotiens deceptus foret:
“Libenter” inquit “mea lux, hanc uocem audio,
non quod fidelis, sed quod iucunda es[t] mihi.”

N 63 /// **T** 60 Th (**W**; **Fr**^x **S F B Mn**; **Vi**)

Cf. Menandri ‘Thaidos’ frr. 163 sq. K-A (PCG VI, 2) | Gualterius Anglicus, 49, non modo ad hanc Phaedri narrationem, quam in libro quodam ex **T** oriundo uidetur legisse pedestrem in sermonem redactam, uerum etiam, opinor, ad Terentii ‘Eunuchum’ (ubi praesertim uu. 46–206 uidendi sunt tibi, lector) respexit, nam meretricem Thaida uocauit. Ex elegis Gualterii pendet **L** (**L**^ab)

E uerbis solutis inscriptionis quam **N** *praebet effici potest promythium iambicum* nobis iucunda multa sunt incommoda. *Cogitaui etiam de* iucunda multa nobis sunt incommoda *(Dresslerus* iucunda multa saepe sunt incommoda *ante u.* **1** *promythii instar posuerat)* **8** est **VN**^oi *(*ẹṣṭ **N***), corr. Iannelli (cf.* **T** sed quod iocunda es mihi*)*

XXVIII
[MVLTI VIVERENT SI SALVTIS GRATIA PARVI FACERENT FORTVNAS]

Canes effugere cum iam non possit fiber
(Graeci loquaces quem dixerunt castorem
et indiderunt bestiae nomen dei,
illi qui iactant se uerborum copia),
5 abripere morsu fertur testiculos sibi,
quia propter illos sentiat ⟨se⟩se peti.
Diuina quod ratione fieri non negem;
uenator namque simul inuenit remedium,
omittit ipsum persequi et ⟨re⟩uocat canes.
10 Hoc si praestare possent homines, ut suo
uellent carere, tuti posthac uiuerent;
haud quisquam insidias nudo faceret corpori.

N 64

Cf. Aes. 154 C (120 H; 118 P); Cic. Scaur. 2, 14 Olech.; [Ou.] nuc. 165 sq.; Plin. nat. 8, 109; 32, 26 sqq.; Iuu. 12, 34–36; Ael. nat. an. 6, 34. Vide etiam RE, s. u. ‘Biber’; ThlL, s. uu. *castor*, *castoreum*, *fiber*; Adrados–van Dijk 2003, 154–156 **2–4** cf. Cic. fin. 3, 5; nat. deor. 1, 8, ad quem locum uide quae Pease 1955–1958 adnotauit **10–12** cf. [Theocr.] 21, 15 sq.; [Ou.] nuc. 43 sq.; Sen. contr. 2, 1, 29; Sen. tranq. 8, 4; epist. 14, 9; 17, 3; Iuu. 10, 22; anth. Pal. 9, 654 (Iulian. Aegypt.)

M. V. S. SALVTI⌊S GRATIA PARVI⌋ F. F. SVAS **N** *in indice, l. red. ex indice codicis* **V** **2–4** *de interpunctione horum uu. uide Tacke, 50 sq.* **6** *suppl. Cassitto* **8** remedium **N**, *suspectum* : praemium *Rank, 59 sq.* **9** *suppl. Müller 1861, 414, praeeunte Fröhlich (cf. Spengel, 727)* **11** carere, tuti *Cassitto* : careret uti **N**

XXIX
[NON PRAETERITAM SED PRAESENTEM ASPICIENDAM ESSE FORTVNAM]

Papilio uespam prouolantem uiderat:
"O sortem iniquam [ait]! Dum uiuebant corpora,
quorum ex reliquiis animam nos accepimus,
ego eloquens in pace, fortis proeliis,
5 arte omni princeps inter aequales fui.

M 19 (cf. Zago 2015, 84 sq.), **N** 65

De uespis e corporibus equorum putrefactis nascentibus uide [Antig. Caryst.] mir. 19, 3–4, p. 28 Musso (ex Archelao Chers., cf. Page, Furth. Gr. Epigr. 67 sq. = Lloyd-Jones et Parsons, Suppl. Hell. 126); Nic. ther. 740 sq.; Varr. rust. 3, 16, 4 (ex Archelao Chers., cf. Page, Furth. Gr. Epigr. 70 = Lloyd-Jones et Parsons, Suppl. Hell. 128); Ou. met. 15, 368; Plin. nat. 11, 70; Plut. Cleom. 39, 5; Sext. Emp. Pyrrh. 1, 41; Ael. nat. an. 1, 27; Seru. ad Aen. 1, 435; quibus locis alii addi possunt. Cf. etiam Davies–Kathirithamby 1986, 77 sq. | De anima mortui hominis formam exhibente papilionis cf. O. Waser apud Roscher, Ausf. Lex. d. griech. u. röm. Myth., III, 2, 3234 sqq.; Davies–Kathirithamby 1986, 103 sqq.; ThlL, s. u. *papilio*, 253, 52 sqq. **3** cf. Ael. nat. an. 2, 57 καὶ ἀποθανὼν ... βοῦς γενναῖόν τι χρῆμα καὶ ἀξιέπαινον. Μέλιτται γοῦν ἐκ τῶν ἐκείνου λειψάνων ἐκφύονται **4–5** cf. P. Argent. 307u, col. ɪ, 30 sqq. (PCG VIII, fr. *1036, 1 sqq. K-A) ἀγαπᾶτε τοῦτον πάντες ὅς ἔχει τἀγαθά / ἅπαντ' ἐν αὑτῶι κτλ (de quibus uersibus uide Austin–Stigka 2007); Enn. ann. 279 sqq. Sk.

Ex inscriptione metro soluta quae huic fabellae praefigitur in **N**, *in* **M** *deest, Cassittus facili opera eruit promythium iambicum* praesentem, non praeteritam fortunam adspice **1** prouolantem *scripsi (Zago 2015, 85; Zago 2016a, 129), coll. 3, 2, 12* prouolat, *Hom. Il. 16, 259–267, praesertim 265* πρόσσω πᾶς *(sc.* σφήξ*)* πέτεται, *Plin. nat. 11, 20; 11, 62* : preteruolantem **MV** : pṛ{........}ṭẹ(m) **N** *(*praeter *irrepsit, opinor, ex* praeteritam, *quod, duce Cassitto, censeo* **φ** *exhibuisse in promythio unde inscriptio codice* **N** *tradita uidetur pendere)* : praeteruolitans *Orelli 1832 (at* praeteruolito *apud Latinos nusquam reperitur)* : propter uolitans *Müller, haud inscite (cf. quae adnotaui ad 2, 6, 7)* : praeuolantem *Stowasser* : prope uolantem *Postgate 1896, 10, probante Housman 1900 et 1920, 122 (cf. app. 23, 3* prope iacentem*)* **2** ait **MN**ⁱ *(scriptura euanuit in* **N***), om.* **V**, *felici errore* **3** nos accepimus **MN**ⁱ *(*nos acce{ **N**ᵈ : ṇọṣ ạc̣{ **N** : nos{ **N**ᵒ*)* : nos accipimus **V** **4** eloquens **M** : loquens **N** **5** equales **MV** : }qualis **N**ⁱ *(*}qua{ **N**ᵈ*; scriptura euanuit in* **N***)*

En nunc ut leuitas putris et uolito cinis!
Tu, qui fuisti mulus clitellarius,
quemcumque uisum est laedis infixo aculeo."
At uespa dignam moribus uocem edidit:
10 "Non qui fuerimus, sed qui nunc simus uide."

6 en nunc ut **M** *(cf. Zago 2015, 85; Zago 2016a, 131)* : en cuncta **N** **9** at *Siebelis* : et **λ** | moribus **λ**, *def. Rank, 61 (uide etiam Siebelis–Polle, 77:* "moribus, *näml. 'suis', also spitzig")* : memoria *Halbertsma, 107, coll. 4 prol. 19; 5, 21, 3, quibus locis addiderim Babr. 143, 5* **10** simus *editur inde a Cassitto* : sumus **MVN°** *(*ṣụṃụṣ **N***)* : simus **N^id^**

XXX
[PRAVIS NON ESSE FIDEM ADHIBENDAM]

*****

Auis quam dicunt terraneolam rustici,
in terra nidum quia componit scilicet,
forte oc⟨cu⟩currit improbae uulpeculae,
qua uisa pennis altius se sustulit.
5 “Salue!” inquit illa “cur me fugisti, obsecro,
quasi non abunde sit mihi in prato cibus,
grilli, scarabaei, locustarum copia?
Nil est quod metuas, ego te multum diligo
propter quietos mores et uitam probam.”
10 Respondit contra “Tu quidem bene praedicas;
omnino in campo non sum tibi par, subdola.
Quin sequere; tibi salutem committo meam.”

M 20 (cf. Zago 2015, 85–89); uu. 1–12 = **N** 66; uu. 13–29 = **N** 21

1–2 cf. Capponi 1979, 481 sq.

Inscriptio codice **N** *traditur, deest in* **M** | *Ante* **1** *excidisse opinor promythium quale est* utrumque uitium, et nulli et cunctis credere, / sed certe numquam habenda prauis est fides. / Confirmat haec fabella propositum meum *(de secundo uersu, quem ex inscriptione finxi, cf. 1, 25, 1; de tertio iambo cf. 1, 5, 2; quod ad primum attinet uide 3, 10, 1; Hes. op. 372; Sen. epist. 3, 4; Tosi 2017, sub lemmate 347). Persona in hoc carmine loquens narrat, ut uidetur, fabellam de terraneola Delphis antequam Pythiam interrogat* **1** auis **N** : quis **M** *(idem error in* **V***)* **2** in terra **N** : interea **M** **3** *suppl. Burman apud Eichstadium* **8** nil est **M** : {..}ḷ ẹṣṭ **N** *(***V** *praebet* nihil, *quod tamen longius spatio est; procul dubio etiam* **N** *habebat* nil*)* **10** respondit contra λ, *suspectum, nam, ut monuerunt Havetus et Postgatius,* XXV, *saepius Phaedrus* respondit *usurpauit, saepius* contra, *numquam simul utrumque; Havetus igitur* respondit “Nostra *edidit, Postgatius* respondit cantrix. *Num* respondit cauta*?* **11** *ita restitui uersum corruptissimum (uide, sis, Zago 2017, 362)* : non *(ex* nom*)* sum in campo par tibi omnis subdola **M** : ṇọṇ ṣụṃ ˻in cam˼pọ ˻par tibi˼ sed sum sub diuo **N**, *l. red. ex* **V** *(cf. Zago 2015, 85 sq.); alii alia coniecerunt, nulla ratione habita codicis* **M**, *qui nondum detectus erat; inter temptamina priorum editorum minime displicet* in campo non ⟨par⟩, par sum sublimis tibi *(Postgate);* sublimis *iam excogitauerat Speyer, cuius tamen coniectura* sed sum sublimis, non in campo, par tibi *metro repugnat, cf. Havetum, 187* **12** tibi salutem *Dressler* : salutem tibi λ *(cf. Zago 2015, 85)*

Vtilius igitur quid sit dic, Phoebe, obsecro,
qui Delphos et formosum Parnasum incolis.
15 Quid hoc? Sacratae uatis horrescunt comae,
tripodes mouentur, mugit adytis Religio,
tremuntque lauri et ipse pallescit dies.
Vocem resoluit icta Pytho numine:
"Audite, gentes, Delphici monitus dei:
20 pietatem colite, uota superis reddite;
patriam, parentes, natos, castas coniuges
defendite armis, hostem ferro expellite;
amicos subleuate, miseris parcite;
bonis fauete, subdolis ite obuiam;
25 delicta uindicate, multate impios,

15–18 cf. Verg. Aen. 3, 90–93; 6, 77–80; 98 sqq. (uide Thiele 1906, 572–574); Sen. Oed. 225 sqq. **19–27** cf. SIG^{3} 1268 nec non et Sosiadem apud Stob. 3, 1, 173 (p. 125, 3 sqq. Hense); uide etiam Robert 1968; Huys 1996; Weinreich 1931, 50 sqq.

13–29 *hi uersus tamquam unum carmen in* **N** *seorsum exhibentur, praefixa hac inscriptione,* DE ORACVLO APOLLINIS *(*D. O. A. OPTIMO ATQVE SANCTISSIMO **N** *in indice)* **13** utilius ... quid sit dic **λ**, *scil.* τί σώφρονος ἀπιστίας χρησιμώτερον βροτοῖς; *(cf. Eur. Hel. 1617 sq.)* | igitur **M** : nobis **N** **14** formosum **λ** : frondosum *nescioquis, fortasse recte (cf. Postgatium; Housman 1920, 124; Zago 2016a, 125)* **15** hoc *Leo apud Thiele 1906, 572 (cf. Zago 2016a, 125)* : o **λ** : est *Müller 1867* **18** uocem **M** *(cf. Zago 2015, 86 sq. nec non Havet 1896, 184)* : u⸤oce⸥s **N**, *l. red. ex* **VN**^{i} | icta Pytho *Müller 1867 (*Pytho *proprie est 'Delphi', sed hoc loco metonymice accipi pro 'Pythia' debet, cf. Ou. trist. 4, 8, 43; uide, sis, Zago 2016a, 127)* : icta phiton **M** : ⸤i⸥c̣ṭạ p̣hyton **N**, *l. red. ex* **V**; *cogitaui etiam de* icta Phoebas *uel* Pythia icta *(cf. Zago 2016a, 126 sq.)* **19–27** *fortasse arbitraberis responsum non satis congruere interrogationi; audi tamen Nauckium, 699, de his uu. disputantem: "die Antwort der Pythia enthält einen Protest gegen die Thorheit der Menschen, denen gesagt wird: 'statt zu fragen was ihr in diesem oder jenem Falle thun sollt, richtet euch durchweg nach den ewigen ungeschriebenen Gesetzen'"* **19** Delphici *scripsi (uide Zago 2016a, 127; cf. etiam Auian. praef.* Delphici Apollinis monitus*)* : delii **λ** **22** ferro expellite *scripsi (cf. Zago 2016a, 127 sq.)* : ferroque pellite **λ** : ferro[que] pellite *Iannelli* : ferro aspellite *Havet* **25** multate *temptaui coll. Val. Max. 9, 11, ext. 1, at nullum certum remedium* : sauciate **M** : castigate **N** : cohibete *Cassitto* : corripite *Postgate (qui apud Gow coniecerat* exagitate*); his conaminibus nunc addo* mactate*; forsitan in* sauciate *(***M***) lateat* sancite*, ut*

punite turpi thalamos qui uiolant stupro;
malos cauete, nulli nimium credite."
Haec elocuta concidit uirgo furens,
furens profecto, nam quae dixit perdidit.
30 Illuc reuertar primum quod proposueram;
si uera sunt praecepta sancti Apollinis,
sapiens magis quam malus ⟨is⟩ est qui cautior
stultusque potius quam bonus qui fallitur.

29 cf. Dio. Chr. or. 10, 27 sq. (uide Thiele 1906, 573) **32** cf. Q. Tull. Cic. [?] comm. petit. 39 sq. Ἐπιχάρμειον *illud* (PCG I, fr. 218, pp. 129 sq. K-A) *teneto, neruos atque artus esse sapientiae non temere credere*; Ou. Pont. 3, 2, 19 sq.

monuit Zwierlein 2016; nescio tamen an sancite impios *recte dici possit pro 'sancite impietatem'* **29** nam quae **N** : namque **M** | perdidit **N** : perdidit oblita est **M** **30–33** *hi uersus, de quibus fuse disserui in Zago 2015, 87–89, desunt in* **N** **30** *cf. Cic. de or. 2, 307* illuc redeo ... in quo tu me ... laudabas*; Sen. nat. 5, 14, 1* repetam nunc quod in primo dixeram *(uide Zago 2015, 88)* **32** *suppleui; ut metrum stet (cf. Havetum, 152 sqq.)* quam *enclitice proferendum*

INDEX ORTHOGRAPHICVS

Hoc indice continentur ad litteram digestae eae scripturae codicum uariae quae, quamquam ad loci ubi occurrunt textum constituendum nihil afferunt, speciem antiquitatis aliquam prae se ferant uel certe usus librariorum orthographicos utiliter declarent. Quo indoles deperditorum librorum **φ δ λ** clarius perspici possit, hic colliguntur etiam scripturae aliquot notabiles (praesertim uocum origine Graecarum) in quibus testes qui praesto sunt consentiunt neque a textu meo uariant. '*e*' litteram et '*ae*' diphthongum inter se confusas, '*ci*' syllabam pro '*ti*' positam et inuicem '*ti*' pro '*ci*', '*i*' et '*y*' litteras commutatas similiaque tritissima menda neglego nisi dum e codicibus lectiones describo quas aliam ob causam hic laudandas puto[1]. Pauca morphologica, uelut *elephanti* (u. l. *elephantis*), orthographicis intermiscentur. Soloecismos quales exempli gratia sunt 4, 2, 13 *gresso*[2] et 4, 6, 36 *sino* (pro *sĭnu*)[3] nihil moror.

Spatio maiore inter singulas litteras relicto significatur scriptura quam in textum recepi; quae si nullo in codice reperitur sine ulla codicis nota affertur, ita ut numeros colon excipiat. Numeri indicant Phaedri locos; numeri uncis quadris circumsaepti uersus spurios. Stellulae ad apparatum criticum remittunt. De *a* / *ab*, *ac* / *atque*, *dis* / *diis*, *e* / *ex*, *haud* / *haut*, *nec* / *neque*, *nihil* / *nil* et de formis assimilatis aut non assimilatis uide Praef. § XIII.

a d u l e s c e n t i a m app. 10, 4 : *adolescentiam* **λ**; cf. 3, 8 inscr.*
a m p h o r a m cuncti testes 3, 1 inscr. (**Pρ**) et uersus 1 eiusdem fabulae (**Pρ λ**)
a n t i d o t u m 1, 14, 3 **ρ** : *anthidotum* **P**; cf. 1, 14, 8*
a p o t h e c a m 5, 5, 25 **ρ** : *apotecam* **P**
a r t o s 5, 6, 3 **P** : *arct-* **ρ**
a tt e m p t a r i t 4, 3, 7 : *adtemtarit* **PR**$^{?}$: *adtentarit* **R**^{v} : *attentarit* **N**; cf. sub *temptans*
b e n e u o l e n t i a m 3, 15, 17 : *beniuolentiam* **PR**^{v} **N**
b u b u s (u. l. *bobus*), cf. 2, 8, 15*
c a r i t a t e m 3, 8, 13 **P** : *ch-* **ρ N**
c a t h e d r a cuncti testes 3, 8, 4 (**PR**^{r}**ρ N**)
c h a r t a s cuncti testes 4 prol. 18 (**Pρ**)

1 Frustra igitur quaeres uariantias quales 3, 13, 12 *condicio* **P** : *-tio* **ρ Nn**, 3, 18, 9 *speciem* **Pρ** : *speti-* **λ**, 3, 7, 12 *siluis* **P N** : *syluis* **ρ**, 3 prol. 29 *stilo* **P** : *stylo* **ρ**, uel scripturas sine ulla uarietate lectionis traditas quales app. 5, 19 *speties* (sic **N**, testis unicus) et app. 8, 3 *cynedi* (uide Praef. adn. 197).
2 *gresso* **PR**$^{?}$: *gressu* **ρ λ**.
3 *sino* **PR**^{v} : *sinu* **MVN**^{obi} (*ṣịṇụ* **N**).

chordas app. 12, 2 : *cordas* **N**; 5, 27, 25 *chorus* **PR**^{v}
cithara cuncti testes 3, 16, 12 (**Pρ**)
color 3, 13, 6 **Pr Nn** : *colos* **R**$^{?v}$; tantum *color* traditur 4 prol. 8 (**PR**^{r}**ρ**)
co(m)pre(n)sus 3, 5, 10 **N**, ut uidetur : *comprehen-* **Pρ**; uide etiam 5, 2, 14*; cf. sub *deprensi*, *prend-*, *reprehendere*
consolandi cuncti testes 3, 18, 5 (**Pρ λ**); 5, 17, 2* **δ** *consulandi* uidetur habuisse
consulendos (u. l. *consol-*), cf. 3, 3, 6*
conspergere 2, 5, 15 **ρ** : *conspargere* **PR**$^{?}$ (recepi *consperg-* coll. 4, 6, 11, ubi *dispersus*, quod **Pρ λ** praebent, **φ** uidetur exhibuisse) | *conspersum* 5, 18, 4 : *consparsum* **PR**^{v}
consumpta 5, 5, 18 : *consumta* **PR**^{v} | *consumpti* 2, 4, 23 **ρ** : *consumti* **P** | *consumpto* 1, 19, 8 **D** : *consumto* **PR**^{v} | *consumptus* 1, 27, 8 **Ad**^{Ph} : *consumtus* **PR**^{v}
contemn- 1, 3, 6 et 3, 16, 9 **Pρ**; 3, 16, 9 etiam **N**; nusquam *contempn-* | *contempseris* 1, 12, 1 **ρ D** : *contemseris* **P**^{c} : *temseris* **P** | *contempsit* 1, 28, 7 **ρ** : *contemsit* **P** | *cotemptu* 2, 7, 11 **N** (lineolas supra *o* et *u* dispicere nequeo; *contemptum* **N**^{d} : *contentum* **V**) : *contemtum* **PR**^{v}; cf. 4, 4, 8*
corcodill- 1, 25 in inscr. et uu. 4 ac 6 **R**^{v} (sed u. 4 *corcodilis* **R**^{g}); iisdem locis *corcodrill-* **P**; ubique in hac fabula *crocodill-* **Ad**^{Ph}; cf. Havet 1896a; ThlL, s. u. *crocodil(l)us*
cottidiana app. 13, 22 : *quotidiana* **N**
cottidie 2, 4, 8 : *cotidie* **PR**^{v}; *cotti-* 3 epil. 10 CIL IX 3473, 25 : *coti-* **PR**^{v}; cf. 3, 8, 14*
coturnis cuncti testes 5, 7, 5 (**PR**^{v})
cum (coniunc.) ubique codices praeter **R**, cuius librarium **R**^{v} et **ρ** testantur *quum* persaepe scripsisse (cf. tamen 1, 8, 10 *cum* **PR**^{b} : *quum* **ρ**; 5, 24, 14 *cum* **Pρ N** : *dum* **M**); cf. sub *cur*, *locutus*, *-secut-*
cur ubique (1, 29, 6; 1, 30, 4; 2 prol. 14; 2, 8, 22; 3 prol. 33 et 55; 3, 11, 4; 3, 15, 16; 5, 30, 10; app. 30, 5) traditum codicibus consentientibus praeterquam 1, 1, 5*, ubi *quur* **P**; cf. sub *cum*
degrunnit 4, 6, 27 **M**^{c} (ex *degrunnt*) **N** : *digrunnit* **Pρ**
delenirem 3 prol. 44 : *delinirem* **ρ** (cf. Nyman 1978) : *dilinirem* **P**
delibutus 4, 2, 12 **ρ λ** : *dilibutus* **P**
delirum 3, 14, 3 **N** : *delyrum* **M** : *delerum* **PR**$^{?v}$
deprensi [4, 5, 10] **ρ** : *deprehensi* **P**; cf. sub *co(m)pre(n)sus*, *prend-*, *reprehendere*
dispersus, uide quod ad *conspergere* adnotaui
dissimulet 5, 21, 2 **ρ M** : *dissimilet* **P**
eia 5, 26, 3 : *heia* **Pρ**
eici app. 8, 20 : *eiici* **N**; cf. 5, 2, 9*
elegantia 2, 2, 4 : *eligantia* **PR**^{v}; cf. sub *intellegens*, *neglecto*, *neglegentiae*
elephanti app. 3, 5 **MV** : *elephantis* **N**^{oi} (*e*{ **N**)
exsecutus 3, 10, 59 **P** : *exsequutus* **R**^{v}; cf. sub *-secut-*

eunuchus cuncti testes 3, 11 inscr. (**PR**^{v}) et uersus 1 eiusdem fabulae (**PΔ N**)
fiber app. 28, 1 : *f̣eber* **N** (*feber* **VN**^{o}, sed *fiber* **N**^{id}), nescio an non recte, cf. ThlL, s. u. *fiber*, 641, 25 sqq.
fiscos 2, 7, 2 **Pρ** : *phiscos* **N**
futtilem 4, 3, 10* : *futil-* **PR**$^{?}$**ρ**, om. **N** | *futtiles* 5, 18, 33 **PR**$^{?}$: *futiles* **ρ**
gallinaceus 3, 12, 1 **ρ N** : *-ius* **P** nec non et **T**, ut uidetur
gragulus 1, 3, 4 **P** nec non et **Ad**^{Ph} : *graculus* **ρ**, sicut **χ** (uu. ll. *gracculus*, *craculus*) atque **ε** (*graculus* etiam **W**^{2} : *garulus* **W**); 1, 3, 9 *grag-* **P Ad**^{Ph} : *grac-* **R**^{s} (ut uidetur) **ρ**; cf. etiam 1, 3 inscr.*
gruis (nom.), cf. 1, 8 inscr.* et u. 7*
hii et *hiis*, nisi fallor, nusquam in codicibus nisi 5, 22, 11, ubi *hii* **PR**^{v} exhibent (*hi* **λ**); cf. etiam 5, 5, 16*
hordei 4, 5, 3 **Pρ** : *ord-* **N** | *hordeo* 2, 7, 3 **Pρ** : *ord-* **N** | *hordeum* 2, 7, 9 **Pρ** : *ord-* **V** (scriptura euanuit in **N**)
hortulis 5, 5, 34 **ρ** : *ort-* **P** (cf. tamen 5, 5, 26, ubi **P**, sicut **ρ**, *hort-* praebet)
hydrum 1, 2, 24 cuncti (**Pρ**)
ilico app. 13, 18 : *illico* **N**
immo app. 6, 12*, app. 9, 9, app. 15, 8, quibus locis *imo* **N** (app. 9, 9 etiam **M**)
impertiar app. 1, 5* : *impart-* **N**
incolumem 5, 24, 21 **MV** (}*columem* **N**^{d} : }*ụṃẹṃ* **N**) : *incolomem* **PR**^{v} | *incolumes* [1, 28, 12] **ρ** : *incolomes* **PR**$^{?}$ **Ad**$^{Ph\chi}$ **W** (ubi *incolomis*) **χ** (u. l. *incolumes*) | *incolumis* 5, 27, 27 : *incolomis* **PR**^{v}
intellegens app. 21, 10 : *intelligens* **VN**^{oid} (*intelḷigẹṇ*{ **N**) | *intellegeret* app. 6, 18 : *intelligeret* **N** | *intellegit* 2, 5, 19 et 3, 14, 8 **PR**^{v} : *intellig-* priore uersu **R**$^{?}$, altero **M** nec non **N**, ubi uerbum paene euanuit sed legi potest | *intellego* 1, 12, 13 cuncti (**PR**^{v} **D**) | *intellegunt* 3, 12, 8 **P** : *intelligunt* **ρ**; cf. 1, 22, 7*; 3, 12 inscr.*; 5, 21, 2*; uide sub *elegantia*, *neglecto*, *neglegentiae*
iucunda (fem.) app. 27, 8 : *iocunda* **N** (sicut **T**); IOCVNDA (neut. plur.) **N** exhibet etiam in inscriptione huic fabellae praefixa | *iucundum* 3, 1, 3 **ρ N**^{i} : *ioc-* **P MV** (legi nequit **N**)
iucunditas 5, 20, 21 : *iocunditas* **Pρ N** | *iucunditatis* app. 9, 2 **N**^{i} (in **N** tantum }*di*{ dispexi) : *iocunditatis* **MV** (}*ocunditatis* **N**^{d}) : *iuconditatis* **N**^{o}
lacrimas 5, 17, 4 **P** : *lacrymas* **ρ** | *lacrimis* app. 19, 6 : *lachrimis* **N**
libenter app. 27, 7 **V** : *lubenter* **N**^{id} (*ḷ*[.]*ḅẹṇṭẹṛ* **N**)
litus app. 20, 2 : *littus* **λ**
liuor 5, 21, 1 **R**^{r}**ρ λ** : *libor* **PR**$^{?}$; 3 prol. 60 *liuor* : *libor* **PR**^{rv}; cf. 2, 9, 10*; uide sub *tribadas*
locutus 1, 22, 9; 4, 5, 4; 5, 2, 8; 5, 4, 6; 5, 18, 27 **P** : *loquutus* **R**^{v} (4, 5, 4 *locut-* etiam **N**; 5, 2, 8 *loquut-* etiam **R**^{r}); uide 1, 26, 11*; 1, 27, 9*; ceteris locis (1, 5, 6; 5, 1, 9; 5, 27, 24; app. 16, 3; app. 30, 28) tantum *-locut-* traditum; cf. sub *cum*, *-secut-*
maiore (u. l. *maiori*), cf. 3, 3, 11*
mehercules, cf. 1, 25, 7*; 3, 5, 4*; 3, 17, 8*; app. 12, 3*

miserita 3, 15, 16 **Pρ** : *miserta* **N**; cf. 3, 2, 4*
myrtos (u. l. *-us*), cf. 3, 17, 3*
nancta 2, 4, 2 cuncti (**PR**$^{?v}$)
nauseant 5, 7, 25 **R**$^{?}$**ρ** : *nausiant* **P**
neglecto 5, 5, 20 : *neclecto* **PR**$^{?v}$ | *neglegunt* 2, 7, 9 **R**^{v} : *neclegunt* **P** : *necligunt* **N**, ut uidetur; cf. sub *elegantia*, *intellegens*, *neglegentiae*
neglegenter 5, 2, 13 : *neclegenter* **PR**^{gv}
neglegentiae app. 13, 30 : *negligentiae* **N**; cf. sub *elegantia*, *intellegens*, *neglecto*
nenias 5, 2, 3 **P** : *nae-* **ρ**
nequiquam 2, 5, 24 **PR**$^{?v}$; eandem formam **PR**^{v} dant 2, 6, 10, ubi *nequicquam* exhibet **N**
nummis 5, 22, 23 **Pρ** : *numis* **λ** | *nummos* 2, 7, 9 **Pρ** : *numos* in **N** dispicere mihi uideor (at **V** dat *nummos*)
numquam 1, 5, 1; 3, 3, 15 **P** : *nunquam* utroque loco **R**, ut uidetur (*nun-* enim 1, 5, 1 **ρ**, 3, 3, 15 **Δ**)
opportuno (u. l. *oport-*), cf. 2, 8, 4*
panthera cuncti testes 3, 2 (in inscr. et u. 2 **Pρ**; u. 2 etiam **N**)
parturibat 5, 23, 1 **P** : *parturiebat* **ρ M** (hoc quoque metro quadrat; facilius tamen uidetur)
patina (u. l. *patena*), cf. 1, 26, 4*
pegma 5, 27, 7 : *pecma* **PR**^{gv}
pennarum 1, 13, 6 **Pρ** : *pinn-* **D**; *penn-* **δ** (ut colligi potest ex **Pρ**) etiam 1, 3, 5 atque 8 et 1, 31, 4, **λ** app. 30, 4
postridie 3, 2, 8 **ρ N** : *post tridie* **P**, qui idem praebet etiam 4, 6, 24, ubi *postridie* **ρ λ**
postulans 2, 1, 2 **P**^{c}**ρ** : *postol-* **P**; cf. 1, 8, 12*; 3, 10, 34*
prend-, tribus locis ubi uerbum *pre(he)ndo* occurrit (app. 4, 15; app. 20, 2; app. 23, 1) forma contracta, quam metrum flagitat, recte tradita esse codice **λ** uidetur, nam app. 20, 2 *prende(n)s* **M** : *p(re)ndens* **N**; app. 23, 1 *p(re)nderat* **N** (testis unicus); de app. 4, 15 uide, quaeso, Zago 2015, 65; cf. sub *co(m)pre(n)sus*, *deprensi*, *reprehendere*
propriis 3, 18, 13 **R**^{r}**ρ λ** : *propiis* **P**; cf. 3 prol. 54*; 3 epil. 10*
prosequuntur 4, 6, 21 **ρ λ** : *prosecuntur* **P**; cf. 1, 28, 5*, ubi *-secuta* **P** (et **T**), *-sequuta* **R**^{v}; uide sub *-secut-*
quemdam 2, 3 in inscr. **R**^{v} : *quedam* **P**; cf. 2, 2, 3*
reccidat (u. l. *recidat*), cf. 3, 18, 15*; uide sub *reperies*, *rettudi*, *rettuli*
reliquias 4, 5, 3 **Pρ** : *rell-* **R**$^{?}$ **N**; app. 13, 8 *reliquias* : *relliquias* **N**; ceteris locis (1, 22, 6; 3, 1, 6*; 3 epil. 15; app. 29, 3) tantum *reliqui-* traditum
reperies [4, 5, 11] **ρ** : *repp-* **P**; 5, 2, 4 *reperies* : *repp-* **PR**^{v} | *reperire* 5, 9, 2* **R**^{g} : *repp-* **PR**^{v} | *reperti* 5, 25, 30 **P**^{c} **VN**^{i} (legi nequit **N**) : *repperti* **PR**^{v} | *repperisset* app. 12, 5 : *reperisset* **N** | *repperit* 3, 10, 43 et 3, 12, 2 **Pρ** : *reperit* utroque loco **N**; 1 prol. 1; 4, 6, 20; 5, 2, 4; 5, 4, 11; 5, 5, 49; 5, 11, 15 *reper-* et *repper-* recte traduntur codicibus conspirantibus; uide sub *reccidat*, *rettudi*, *rettuli*

reprehendere 5, 28, 4 **ρ** : *repraehendere* **P**; hoc loco metrum recipit etiam formam contractam, quam nescio an Phaedrus non usurpauerit; cf. sub *co(m)pre(n)sus*, *deprensi*, *prend-*
rettudi (u. l. *retudi*), cf. 5, 24, 22*; uide sub *reccidat*, *reperies*, *rettuli*
rettuli 5, 25, 4 **ρ** : *retuli* **P N** | *rettulit* 2, 1, 6 **Pρ** : *retulit* **P**[c] (1, 2, 9 *rettulit* : *retulit* **P**, testis unicus huius uersus); 3, 19, 10 *rettulit* **Pρ** : *retu-* **N**; uide sub *reccidat*, *reperies*, *rettudi*
scaena 4, 6, 13 : *scena* **Pρ λ**; cf. 5, 27, 5*
scarabaei app. 30, 7 : *scarabei* **M** et (ut uidetur) **N**
scyphum cuncti testes 1, 14, 7 (**Pρ**)
-secut- et *-sequuntur* testes ubique concordes exhibent praeterquam 1, 28, 5; 3, 10, 59; 4, 6, 21, de quibus locis uide sub *exsecutus* et *prosequuntur*; cf. sub *cum*, *locutus*
sepulchro app. 13, 4 **N**
seruolo 5, 25, 24 **PR**[v] : *seruulo* **P**[c] **VN**[i] (legi nequit **N**); cf. 2, 9, 2*
sollemnem app. 19, 7 : *solemnem* **N** | *sollemnis* 3 prol. 61 **P** : *sole-* **ρ**
sollers, *sollertia*, cf. Praef. adn. 198
sophos, cf. 5, 17, 8*
sterquilino, cf. 3, 12, 1*
strophis 1, 14, 4 **ρ** : *strofis* **P**
temone 3, 6, 1 **N** : *ti-* **PR**[gv]
temptans 1, 23, 4 : *temtans* **PR**[v] | *temptaret* 5, 8, 4 : *temtaret* **PR**[?v] | *temptat* 3, 10, 26 : *temtat* **PR**[?v] : *tentat* **N** | *temptauit* app. 12, 2 : *tentauit* **N**; cf. sub *attemptarit*
theatro 4, 6, 10 et 5, 27, 21 cuncti (4, 6, 10 **Pρ λ**; 5, 27, 21 **Pρ**)
thesauro 5, 26, 6 **Pρ** : *thensauro* **R**[?] | *thesauros* 5, 20, 4 cuncti testes (**Pρ N**) | *thesaurum* 1, 27, 3 **P**[c]**ρ Ad**[Ph] : *thensaurum* **P** (ut uidetur) **R**[?]; cf. 1, 27 inscr.*
tintinabulum 2, 7, 5 **P** nec non **N**, ubi uerbum paene euanuit sed legi potest (*tintina-* etiam **VN**[d]) : *tintinnabulum* **ρ** (duce Haveto, lectionem *tintina-* recepi coll. Catull. 51, 11, ubi *tintĭnant*)
tribadas 5, 15, 1 : *triuadas* **PR**[v]; de '*b*' et '*u*' litteris inter se confusis cf. *liuor*; uide etiam 2, 6, 10*; 4, 3, 3*; 5, 3, 4*; 5, 7, 5* et 22*; 5, 13, 9*; 5, 21, 3*; 5, 25, 11*; 5, 30, 3 (*ingrauantibus* : *ingrabantibus* **PR**[?v]); app. 15, 8*
tricaret, cf. app. 15, 2*; uide 3, 6, 9*
ture 5, 20, 19 **PR**[?v] : *thure* in **N** dispicere mihi uideor (*thure* **V**, sed *ture* **N**[i])
uilicus 2, 8, 13 **PR**[v] : *uill-* **N**
umeris 2, 5, 12 **P** : *hu-* **ρ**
umor app. 4, 14 : *humor* **λ**
uulpecula 5, 9, 10 : *uulpicula* **PR**[?v] | *uulpeculae* app. 30, 3 **N**
uulpes (nom. sing.) 1, 7, 1 **ρ** : *uulpis* **PR**[p]; 1, 13, 11; 5, 3, 1; 5, 9, 3 *uulpes* : *uulpis* **PR**[v] (1, 13, 11 etiam **D**); 5, 20, 1 *uulpes* **N** : *-pis* **PR**[v]. VVLPIS **δ** in titulis fabularum fere semper exhibebat, ut uidetur, cf. enim quae adnotaui ad inscriptiones 1, 7; 1, 10; 1, 13 (ubi etiam **D** VVLPIS praebet); 1, 26; 1, 28;

5, 9; 5, 20. *Vulpis* 1, 13, 5*; 1, 26, 3*; 1, 28, 8* metro respuitur, ideoque *u u l p e s* ubique scripsi
x y s t u m 2, 5, 18 **R**^{s}**ρ** : *xi-* **P**

INDEX NOMINVM

Nomina quae ad hunc modum citantur, ‘{Phryx} 3 prol. 52’, tantum in adnotatione critica inuenies; uncis quadris uersus insiticii significantur; stellulae ad supellectilem criticam remittunt, circelli ad apparatum locorum similium. Nomina quae inscriptiones carminibus Phaedri alienis manibus praefixae exhibent praeterii, nisi ubi censeo eas pendere e deperditis uersibus ipsius.

Aeeta 5, 7, 12*
Aegaeus 5, 7, 19
Aesopius 4 prol. 11
Aesopus 1 prol. 1; 1, 2, 9; 1, 3, 3; 1, 6, 2; 1, 10, 3; 2 prol. 1; 2, 3, 4; 2, 9, 1; 3 prol. 29 et 52; 3, 3, 14; 3, 5, 2; 3, 14, 2 et {9}; 3, 19, 1 et 8; 4 prol. 11; 4, 1, 1; 5, 5, 29; 5, 7, 5; 5, 17, 2; app. 7, 1; 10, 5; 11, 1 et {2}; 15, 1; 18, 2
Anacharsis 3 prol. 52*
Apollo 3 prol. 57; 3, 16, 12; app. 30, 31
Argus 5, 7, 9
Artes 3 prol. 19°
Asia 5, 22, 4
Athenae 1, 2, 1; 2 epil. 1; 4, 2, 2; 5, 5, 13
Atticus 1, 2, 6; 2, 9, 1; 3, 14, 1; 5, 5, 32
Augustus 3, 10, 39

Bacchus app. 14, 28
Bathyllus 5, 27, 5

Caesar 2, 5, 7 et 19.
Cassandra 3, 10, 4
{Castitas} app. 9, 1
Cato 5, 7, 21
Cea insula 5, 22, 8*
Clazomenae 5, 22, 17
Cybebe 3, 17, 4; 5, 1, 4

Danaides app. 6, 10
Dardania 3 prol. 28
{Delius} app. 30, 19
Delphi app. 30, 14
Delphicus app. 30, 19*
Demetrius 4, 2, 1 et 10
Dolus app. 5, 5 et 12

Eutychus 3 prol. 2°

Falernus 3, 1, 2
Fortuna 1, 7, 4; 2 epil. 8; 3, 11, 6; 5, 12, 5; app. 3, 4; app. 14 inscr.*

Galli 5, 1, 4
Graecia 2, 9, 9; 3 prol. 54
Graecus app. 28, 2
Graius 5, 7, 11

Hebrus 3 prol. 59
Hercules 3, 17, 4; 4, 5, 1; 5, 12, 3
Hippolytus 3, 10, 3
Hymenaeus app. 14, 10

Ilium 3, 10, 4
{Iucunditas} app. 9, 2
Iuno 3, 18, 1; app. 9, 1 et 13
Iuppiter 1, 2, 11, 22, 27; 1, 6, 5; 3 prol. 18; 3, 17, 2 et 6; 5, 10, 1; 5, 11, 1; 5, 16, 1; 5, 18, 1, 10, [13], 27; 5, 20, 12; 5, 28, 4; app. 3, 9 et 12; 5, 4; 13, 6
Ixion app. 6, 1

Latinus 4 epil. 6
Latium 2, 9, 8

Leda 5, 25, 9
Liber 5, 15, 8*
Libitina 5, 20, 26
Linus 3 prol. 57
Liuor 2, 9, 10; 3 prol. 60; 5, 21, 1
Lucullus 2, 5, 9

Magnus app. 8, 1, 8, 21, 26
Manes 1, 27, 4
Mars app. 8, 18
Medea 5, 7, 13
Menander 4, 2, 9 et 17
Mercurius 1, 2, 27; 5, 18, 9; app. 4, 1 et 11
Minerua 3, 17, 5
Minos 5, 7, 19
Misenensis 2, 5, 8*
Mnemosyne 3 prol. 18
Mors 3 epil. 19
Musa 3 prol. 16 et 57; app. 2, 1
Myron 4, 1, 7*
{Mys} 4, 1, 7

Natura 2, 6, 16; 3, 3, 15; app. 3, 1
Neapolis 2, 5, 7
Nilus 1, 25, 3

Orpheus 3 prol. 57

Palladius 5, 7, 9
Pallas 3, 16, 13
Parnasus app. 30, 14
Particulo 4 prol. 10*; 4 epil. 5
Pausias 4, 1, 7*
Peliades 5, 7, 16
Pelias 5, 7, 13
Pelius 5, 7, 6*
Pelusius 2, 5, 12
Phaedrus 3 prol. 1
Phalereus 4, 2, 1*
Philetus 5, 30, 10*
{Phoebas} app. 30, 18
Phoebus 3 prol. 20*; 3, 17, 3; app. 30, 13
Phrygia 3 prol. 52*
{Phryx} 3 prol. 52
Pierius 3 prol. 17
Pisistratus 1, 2, 5
Plutus 5, 12, 5
Pompeius app. 8, 1 et 29
Pontus 5, 7, 10
Praxiteles 4, 1, 6
Princeps 5, 27, 4°, 17, 36
Prometheus 5, 15, 3; app. 5, 1 et 14
{Pythia} app. 30, 18
Pytho app. 30, 18*

Religio 1, 27, 6*; 5, 11, 4; app. 30, 16
Roma 2, 5, 1; 3, 10, 35; 5, 27, 27
Romanus app. 8, 16 et 31

Scytha 3 prol. 52*
Seianus 3 prol. 41
Siculus 2, 5, 10
Simonides 5, 22, 2, 13, 20, 26; 5, 25, 4, 25, 28
Sinon 3 prol. 27
Sisyphus app. 6, 3
Socrates 3, 9, 2; app. 25, 1
Sol 1, 6, 3

Tantalus app. 6, 7
Tartareus 5, 6, 10
Tempus 5, 28, 7
Thessalus 5, 7, 7
Threissa 3 prol. 56
Tiberius 2, 5, 7
Tityos app. 6, 13
Tuscus 2, 5, 10

Venus 3, 17, 3; app. 9, 2 et 13; app. 14, 15 et 28
Veritas app. 5, 2 et 18

{Zeuxis} 4, 1, 7

COMPARATIO NVMERORVM

I. Editio nostra cum Müller 1867, Müller 1877, Postgate 1920, Perry 1965, Guaglianone 1969 comparata

Editio nostra	*Müller 1867 = Postgate 1920*	*Müller 1877*	*Perry 1965 = Guaglianone 1969*
1 prol. – 1, 31	1 prol. – 1, 31	1 prol. – 1, 31	1 prol. – 1, 31
2 prol. – 2, 8	2 prol. – 2, 8	2 prol. – 2, 8	2 prol. – 2, 8
2, 9	2 epil. 1–11	2 epil. 1–11	2 epil. 1–11
2 epil.	2 epil. 12–19	2 epil. 12–19	2 epil. 12–19
3 prol. – 3 epil.	3 prol. – 3 epil.	3 prol. – 3 epil.	3 prol. – 3 epil.
4 prol.	4 prol.	4 prol.	4 prol.
4, 1	5 prol.	5 prol.	5 prol.
4, 2 – 4, 6	5, 1 – 5, 5	5, 1 – 5, 5	5, 1 – 5, 5
4 epil.	4 epil.	4 epil.	4 epil.
5, 1 – 5, 12	4, 1 – 4, 12	4, 1 – 4, 12	4, 1 – 4, 12
5, 13, 1–3	4, 13, 1–3	4, 13	4, 13
5, 13, 4–9	4, 13, 4–9	4, 14	4, 14
5, 14 – 5, 25	4, 14 – 4, 25	4, 15 – 4, 26	4, 15 – 4, 26
5, 26 – 5, 30	5, 6 – 5, 10	5, 6 – 5, 10	5, 6 – 5, 10
app. 1	app. 1	app. 1	app. 1
app. 2	app. epil.	app. epil.	app. 2
app. 3–4	app. 2–3	app. 2–3	app. 3–4
app. 5, 1–22	app. 4, 1–22	app. 4, 1–22	app. 5
app. 5, 23–24	app. 4, 23–24	app. 4, 23–24	app. 6
app. 6	app. 5	app. 5	app. 7
app. 7 – 29	app. 7 – 29	app. 7 – 29	app. 9 – 31
app. 30, 1–12	app. 30	app. 30	app. 32
app. 30, 13–29	app. 6	app. 6	app. 8
app. 30, 30–33	––	––	––

II. Editio nostra cum Havetiana comparata

Editio nostra	*Havet 1895*
1 prol. – 1, 31	1 – 32
2 prol. – 2, 9	33 – 42
2 epil.	43, 1–8
3 prol. 1–32	44
3 prol. 33–63	43, 9–39
3, 1 – 3, 19	45 – 63
3 epil.	76
4 prol.	77
4, 1 – 4, 2	97 – 98
4, 3 – 4 epil.	92 – 96
5, 1 – 5, 12	78 – 89
5, 13, 1–3	90
5, 13, 4–9	91
5, 14 – 5, 25	64 – 75
5, 26 – 5, 30	99 – 103
app. 1 – 4	104 – 107
app. 5, 1–22	108
app. 5, 23–24	109
app. 6	110
app. 7 – 29	112 – 134
app. 30, 1–12	135
app. 30, 13–29	111
app. 30, 30–33	––